BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLV
A
21
NAPOLI

MARTINI ZEILLERI

FIDI ACHATIS

SIVE

Peregrinationis & Itineris ſui Comitis.

PARS SECUNDA

AMSTELODAMI,
Apud JOHANNEM JANSONIUM JUNIOREM.
Anno Dom. 1658.

Litera M. Pag. 281.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

ITER XLIII.

Auguſtâ, Theonis Villam (Dietenhofen) Cameracum, & ATREBATES (Atrech,) Arras.

Urbs ZVVEIBRVGK, de quo Itinere vid. N. 38.

p. Limpach, 2 mill. ibid. Situs eſt in Comitatu Sarwerdenſi, & feudum ab Epiſcopo Trevirenſi. Erat ante bellum exiguus pagus; nunc verò penitus deſolatus.

Urbs SARÆPONS, (Sarbruck,) 3 milliar. ut quidam obſervavit. Alii propinquiore via, ſeu compendio, Blis Caſſel. juxta Blieſam amnem, 1 mill. & Sarbrucken, 2 mill. atque ita 3 tantùm milliar. Zweybrucken huc perveniunt. Eſt Sarbrucken Urbs VVeſtraſiæ, juxta Saram flumen; in qua ante proximum bellum, tanquam in Ca-

in Capite regionis, & in pulcra atque egregie ſtructa arce, Comites ſedem habuerunt, & forſitan nunc in eandem remigrarunt.

Urbs FORPACH, Fortbach vel FYRTBACH, 1 mill. Arcem habet, & eſt etiam ſita in Weſtraſia. Dicitur quondam ſubjecta fuiſſe Dominis à Reipoltzkirch; nuper verò paruiſſe tribus Dominis, Lainingenſibus puta, Eberſteinenſibus, & Freybergenſibus.

Urbs AYOVLT, à quibuſdam S. Avoult, & S. Anoult, vocata, 1 & dimid. mill. Qualis ſit, nuſpiam traditur: ſed in Tabb. Chorographicis & Itinerariis, ut urbs ad Warnet ſilvam ſtructa, notatur: etiam in Novellis & Gazettis oppidum vocatur, & forſitan eſt Meterani, l. 53, oppidum S. Avon, vel S. Avau, quod Galli, anno 1635, obſidione liberarunt.

P. Hargarten, 2 & dimid. mill. in modo dicta ſilva.

Boſon-

Boſonville vel Boſſonville, 3 mill. parva, in fine modò dictæ ſilvæ, ad flumen Nidam. Notatur & hic locus in dictis Tabb. Chorographicis ut Oppidulum, & additur, Abbatiam eſſe, quæ dubio procul ad Lotharingiam ſpectat.

P. Homborg, 2 mill.

P. Elſingen, dimid.

P. Naſtorf vel Haſtorf, dimid.

P. Stuckingen, 1 mill. parvum.

Urbs DIETENHOFEN, 1 mill. Hujus Lucenburgenſis Caſtri munitiſſimi etiam ſuprà facta eſt mentio. Dicitur Gallicè Thionville, & Theonville ad Moſellam, quæ ponte jungitur pulcherrimo. Viſu digna hic ſunt, templum parochiale: Auguſtinianorum, & Capuccinorum Cœnobia; Curia: Caſtrum vetus & novum: domus Gubernatoris.

Villers, 3 mill. in Tabb. notatur nomine oppidi, & refertur ad regionem ſeu Ducatum BAR, quem Duces Lotharingiæ tempore longo tenuerunt.

Urbs

Urbs VIRTON vel Verton, 3 mill. magn. in Ducatu Lucemburgico. Intra urbem opulentum templum eſt parochiale, extra verò Præpoſitura.

Chiny, 3 mill. magna. Situs hic locus eſt juxta piſcoſum amnem Sumoys vel Semoye, in Ducatu Lucemburgenſi. Fuit olim urbs mœnibus clauſa: ſed bellis ſuperioribus & mœnia & portas & propugnacula amiſit: quamvis Cives multis adhuc & inſignibus privilegiis gaudeant.

Arx Herbemont, 1½ mill. in Epiſcopatu Leodienſi, à qua Comites Eberſteinii ſeſe denominant.

Urbs & Arx BOVLLON, 2 mill. ſita ad Semoye flumen, Caſtellum habens munitiſſimum, ſubjecta Epiſcopatui Leodienſi, cum territorio.

P. Chier, 1 & dimid. milliar.

P. Mable, 1 & dimid. mill. ut quidam hunc locum vocat, ſic quoque notatum in Tabula Chorograph. Leodienſi, licet alii ponant Mambde.

Hinc

Hinc per Silvam Arduennam, ad
P. Ruing, 4 mill.
P. Mering, 1.
Urb. CHIMAY, 3 mill. magn. ſita in Hannonia, ad fluviolum Blanche, vel Biancha, Dynaſtarum à Croye ſive Arſchot: in qua templum Collegiale & Principis à Chimay Arx pulcherrima, digna ſunt, quæ ſpectentur.
P. Glaion, 2 mill. celebris cum Arce optimè munita, in dicta Hannonia.
Urbs AVESNES, Avenna, 2. Quidam à Chimay huc uſque quinque milliaria notavit. Locus admodum munitus, ad Gepre fluviolum, etiam ſitus in Hannonia, & Regi Hiſpaniarum ſubjectus.
Urbs LANDRECIES, Landreſi, 2. & dimid. Oppidum eſt bene munitum in Hannonia ad Sambre fluvium.
Urbs CASTEAV Cambreſis vel Chaſteau en Cambreſis, Caſtellum Came-

Cameraceſii, 1., vel 2 mill. Subjecta eſt Archiepiſcopo & Duci Cameracenſi, in qua Cœnobium Benedictinorum videatur.

Urbs CAMERICH, Cambray, Cameracum, 4 mill. parv. vel 6 Francic. Sita eſt juxta Scaldim, eſtque ſicut & Archiepiſcopus Imperii Romano-Germanici, & Circuli weſtphalici: quanquam Urbs in tutela eſt & patrocinio Regis Hiſpaniarum, qui etiam Caſtellum ſuo militum præſidio tenet. In ea viſu digna ſunt Templum Epiſcopale D. Virginis; Templum Collegiale S. Gaugerici: Abbatia S. Auberti: Collegium Jeſuitarum, atque alia templa, Cœnobia, & Ædes ſacræ plurimæ; etiam Archiepiſcopi Aula & Curia. Maximè vero celebrem reddunt hanc urbem panni lintei tenuiſſimi ſubtiliſſimique textus, qui ab ea Cameracenſes vocantur, toile de Cambrai.

P. Baret, 2 mill.

P. Remy, 1 & dimid. mill.

Urbs



BIBLIOTECA NAZIONALE · VITTORIO EMANUELE III · NAPOLI

Can
eſt
cen
nor
I
Ca
cic.
cut
no-
lici
pat
eti
dic
pl
pl
tia
atc
ſa
A
br
lir
tu
tu

Urbs ATRECHT vel Arras, Attrebatum, 2. Summa, 5½ Germ. milliar. Cameraco huc uſque: pro quo vulgò 9 Gallica milliar. ſive totidem horæ numerari ſolent. Caput illa eſt Arteſiæ, ampliſſima munitiſſimaque, habens proprium Epiſcopum; cui minor Civitas, ſive *la Cité*, ſubjecta eſt. Sunt hic ſpectatu digna præcipuè, Templum Epiſcopale ejuſq; Bibliotheca inſtructiſſima: Abbatia S. Vaaſti vel Vedaſti celeberrima; Aula Epiſcopi, & Curia.

ITER XLIV.

Auguſtâ, DVACVM, & BOLONIAM, (vulgò Douay, & Boulogne) atque hinc in ANGLIAM.

Urbs AVESNES, de qua in præced. Itin.

P. Barlemont, 2 mill. parva. Pagus eſt ampliſſimus, cum Arce, juxta Sambram

bram in Hannonia ſita, quæ Comitatus titulo gaudet.

Urbs QUESNOI, Quenoi, Quercetum. Oppidum egregiè munitum Hannoniæ.

P. VVorchin, ab alio Verchin dictus, 1½ mill.

Ur. BOVCHAIN, 2 mill. in Hannonia, juxta Scaldim, eſtque caput Comitatus Oſtervand.

Vic. Freſsin, Freſſaing, 1 & dimid. mill. Vicus Arteſiæ, jura Civitatis habens, qui ad Conventus & conſultationes Ordinum admittitur.

Urbs DOVAY, Doway, Duacum, 2 milliar. Flandriæ Gallicæ, in finibus Arteſiæ Hannoniæque, celebris Academia à Rege Hiſpaniarum inſtituta. Interlabitur eam Scarpe fluvius: ſuntque viſu in ea digna, Templa S. Petri, S. Vedaſti, & S. Amati, Collegium Jeſuitarum, & alia.

P. Beaumont, 1¼, Arteſiæ, alius ab eo, qui eſt in Hannonia.

Urbs LENS, Landium, Lenſium, 1 &


DOVAY.
1. Grand marché
2. Marc. aux beſtes
3. College du Roy
4. Le Temple
5. Marche aux poiſſō
6 l'Abbaye Deſpret
7 Paroiſſe S. Albin
8 Les Benedictins Anglois
9. l'Egliſe S. Aimé
10 Les Preſcheurs
11. Paroiſſe S. Jaques
12. Les Jeſuites
13 l'Egliſe S. Piere
14. l'Egliſe N. Dame
15 l'Hoſtel de Ville
16 Porte de N. Dame
17. Porte d'S. Eloy
18 Porte d'Arras
19 Porte d'Eſquerchi
20. Porte d' Ocq
21. Porte Morel.

1. & dimid. milliar. German. Quidam 5 habet. Alii, 4 Gallica Duaco, huc uſque numerant. Sita verò eſt in Arteſia, inque ea viſu digna ſunt templum Collegiale, & monaſterium Franciſcanorum.

Pag. Bruay. 2½. mill.

P. Pernes. 1½. mill.

P. Eſtrée. 2.

P. Maringen. 1.

P. Renty, Rentin, Reinteium, 1½. mill. Pagus eſt ampliſſimus, cum Arce munitiſſima, in Arteſia, atque in finibus Bologne, quæ Marchionatus titulum habet.

Urbs BOLOGNE, vel Bononia. 3¼. milliar. A Belgis appellatur Bennen, eſtque caput ſupradicti Comitatus, ſubjecta imperio Regis Galliarum, relata ad Picardiæ provinciam. Epiſcopum habet, & Templum D. Virginis pulcherrimum, & portum intra duos montes concluſum, commodiſſimum & elegantiſſimum. Urbis pars ſuperior in editiore loca

admodum munita eſt; inferior autem juxta littus maris ſita, è qua facilis eſt in Angliam tranſitus, Doveram nempe verſus, 16, vel 18. mill. Britann. vel 4. milliar. Germanicis. Atque illinc ad Archiepiſcopalem civitatem CANTERBURI, 12. vel uno curſu veredarii. Pag. Sittigborn, 11. mill. vel uno veredar. Urb. Rocheſter, 10. mil. Ur. Graveſende ad Tamiſim, 6. Urb. & Arc. Greenwich, 15. Urb. Londinum, 5. milliar. Anglic. quæ totius regni caput eſt.

ITER XLV.

Auguſtâ *METIM, & SEDANUM.*

Urbs ZVVEIBRUGG, de qua ſuprà Itin. 38.

Urb. SARBRUCKEN. 3.

Urb. FORTBACH, vel Fyrtbach, 1. mill. parv. De quo loco ſuprà, num. 43.

Urb.

Urb. & Arx HOMBVRG. ¾. mill. magn. ſita eſt in VVeſtraſia, propè ſylvam illam magnam VVarnetam, benè munita & Domui Naſſovio-Saræpontanæ ſubjecta, ſed hodieque præſidiariis Lotharingicis occupata.

Hinc per S. Ayoult, de quo Itiner. 43. & porrò,

Longeville. 1½. milliar. Abbatia eſt in dicta ſilva.

P. Variſe, 3 mill. magn, Appellatur à quodam VVeiſskirch, & in Tab. Chorographica Lotharingiæ, juxta linguam Germanorum dicitur VVeiberskirchen,

P. Pont à Choiſy, 3 mill.

P. Montoy. ¾.

Urbs METIS, Mês. 1 & dimid, mill. Fuit olim urbs Imperii Romani, nunc ſubjecta Regi Galliarum. Perluit eam mediam fluvius Selna ſive *Sella*, vulgo Seylle, atque extra *urbem* in Moſellam ſeſe exonerat. Sunt in ea viſu digna *Templum* Sanct. Stephani Epiſcopale; Monaſterium S. Petri;

Templum & Cœnobium S. Arnoldi, à quibuſdam, S. Arnulfi dictum: Caſtellum & Curia.

P. Moineville. 3. & dimid. milliar. Gallic

P. Gondrecour. 2 mill.

P. Vadancour. 2.

Cœnob. Chatillon. 1. & dimid. mill. Non procul ab eo remotum eſt oppidum Lotharingicum & Caſtellum munitiſſimum, Eſtain.

P. S. Laurans. 1 mill.

P. Iuveny. 3 milliar. Inter proficiſcendum, à latere tranſitur oppidum & arx Lotharingica Iamês.

P. & Arx Eno, vel Ino. 3. & dimid. mill.

Atque huc uſque Ducatus Lotharingiæ ex una parte, à dextris autem eſt Ducatus Lucenburgicus: atque à dicto pago Ino, verſus civitatem Mouſon, incipit Regis Galliarum, à dextris verò Sedanenſis Principatus, qui & ipſe hodie Francicum imperium agnoſcit. Ducitque via regia à dicto

pago

pago ad Mouſon vel Mouzon, 1 milliar. ubi tranſitus eſt & portorium regium Gallicum. Pedibus verò iter qui faciunt, aut equo vehuntur, per viæ anguſtias ſive fauces, ſuperato monte, breviore viâ veniunt

Urb. SEDANVM, 4 milliar. Francicis ab Ino, & 12 à Meti, juxta Moſam ſitam, quæ antehac ſubjecta fuit Duci à Bouillon, nunc verò Regno Galliarum ſubdita. Appellatur à multis, etiam in Tabb. quibuſdam, ſed malè, Eſdan. Non caret munitionibus hæc Urbs, habetque Palatium Principale. Superior inque celſa admodum rupe ſtructa: Arx verò, propter ſitum & operis firmitudinem, inſuperabilis eſſe putatur. In inferiore autem Arce, ſive Palatio Aulicam ſedem habuit Dux: ſuntque, excepto templo primario ſeu parochiali & alio quodam, itemque Collegio, pauca hîc ſpectanda.

ITER XLVI.

Auguſtâ ARGENTORATVM, & NANCEVM Lotharingiæ, atque inde LVTETIAM Pariſiorum.

Urbs CANSTAT. Quære viam hucuſque ſuprà Itin. V.

P. Titzingen. 2. quanquam nonnulli 1 tantum milliare Wurtenbergicum magnum numerant.

Vic. Tieffenbrunn, ad Hagenſchieſs, ſilvam Nobilium à Gemmingen.

Urb. PFORTZHEIM. 2. Quidam unum tantùm Wurtenbergicum milliare habent, & à Canſtatt hucuſque 5 milliaria, juxta Entium flumen in Marchionatu Badenſi: in qua Arx vetuſta & Templum ſpectatu digna ſunt.

Pag.Langenſteinbach. 1. & dimid. mill.

Urbs ETLINGEN, 1 mill. Quidam 2 tantùm habet magna milliaia Pforzemio huc uſque. Eſt Urbs Marchionis Badenſis.

P. Malſchheim. 1½.mill.

Vic.Raſtat.1. mill. vulgò 2. mill. ab Etlingen. Et hic Marchioni Badenſi ſubjectus, & nomine menſuræ vini magnæ percelebris eſt.

P. Hugelsheim. 1. & dimid. vel 1.mill. magn. Itidem Badenſis Marchionis.

Ur. STOLHOFEN. ½. vel 1.milliar.parv. Locus eſt Marchionis Badenſis, admodum munitus, quo tranſitus eſt.

Urbs LIECHTENAW. 1. mill. cum Arce Comitis Hanovienſis.

Vic.Biſchen, vel Biſchheim, zum Hohenſteg, 1.

Urbs ARGENTORATVM. 2. milliar.

Vel:

A dicto vico Tieffenbrunn, ubi Arx eſſe dicitur.

Urb. NEUENBURG. 3. mediocria milliaria Germanica, juxta Enzium, Arcem habens, præfecturam, & Aſylum, quò, qui per imprudentiam & errorem cædem fecerunt, confugere ſolent, ſubjecta nunc Duci VVurtenbergico.

Cœnob. Frawen-Alb. 2. mill. eſt profeſſionis Benedictinæ, in Marchionatu Badenſi.

Vic. Raſtat, 2 & dimid. mill. De quo & ſeqq. locis, uſque Argentoratum paulò ſuprà.

Vel:

Ex ſupra Itin. V. dicta Urbe Imperiali ESSLINGEN, ad quam Auguſtâ profecti perveniunt

Ur. STVTGART. 1. milliar. magno. Caput hæc eſt Ducatus VVurtembergici, & Aulica ſedes Principis: in qua Templum Parochiale: Arx Principis: Equile: Hortus: Domus refe-

refectionis & deliciarum, & alia plura cum iiſdem conjuncta, itemque Curia, viſu digna ſunt.
Ut. & Arx LEONBERG, 1 ½. mill. Sita eſt ad Glemſum amnem, in Ducatu Wurtenbergico, habetque Præfecturam principalem.
Vic. Mulhauſen. 2. milliar. commun. Badenſis Marchionis.
Vic. vel Arx Tieffenbrunn. ½.
Urbs PFORTZHEIM, 2 mill. Habet quidam per Leonberg & Haimſen hucuſque, tantùm 4 milliar. Wurtenbergica, ſed magnâ. Reliqua loca uſque Argentinam, paulò ſuprà notata ſunt.

Vel Venitur.

Auguſtâ GVNZBVRGVM, de quo ſuprà, Itin. V. ſex milliar. porrò
V L M A M. 3 mill.
V. B L A V B E V R E N, 2 mill. Poſſunt, qui volunt, illâ præteritâ, Aſchium petere. Quidam iter faciunt Weiſſenhorn: Oppidum & Arcem Fuggerorum; quo Hulſius, per pagos-

Biber, Newherberg, Adlasried (in Tabb. Arlasried.) Steinekirch, Freyhalden, Vic. Ietingen, Cœnob. Wettenhauſen, Vic. Ichenhauſen, & pagos VVallenhauſen, & Oberhauſen, 8. milliaria numerat. Vide infrà Iter LI. Rediit poſtliminio hoc oppidum ad Ducatum VVurtenbergicum, in quo Curia, & extra muros Cœnobium Benedictinorum ſpectari poſſunt.

P. Iennenbeuren in Alpibus Suevicis, 1. mill. vel 2. hor. (dicitur verò hic pagus hodie omnine deſolatus eſſe, & peregrinantes ſive iter facientes, Blauburâ Auracum, atque inde Reutlingam, vel Tubingam petere, ut mox ſequetur.)

Urbs MINSINGEN, totidem, etiam in Alpibus, ſubjecta Duci VVurtenbergico. Eſt hic Templum, Arx Principis, & Curia, viſu digna.

Urbs REUTLINGEN. 2. mill. vel 4. hor. In hac Imperiali Urbe ſpe-

ctabis

ctabis pulchrum amplum Templum, Curiam & Arietem, machinam bellicam: Xenodochium item celebre, & in eo ſtatuam Martis horribilem: Prytaneum: molas varias conficiendæ chartæ, pulveris pyrii, aromatum, & aquaticas, ad flume Echetzii, &c.

Pag. Derendingen. 1. mill. ex oppoſito Tubingæ, quarta ab urbe miliiaris magni parte remotus.

Urbs ROTENBURG. 1. & dimid. vel juxta alios. 1. mill. magnum Tubingâ huc uſque. Sita eſt hæc urbs è regione oppidi Ehingen, quam utramque Neccarus interluit; ſubjectæ ambæ, unà cum Arce, Comitatui Auſtriaco Hochburg: in illa verò ſpectatu digna ſunt, Carmelitarum, & Capuccinorum Cœnobia: atque in oppido Ehingen Præpoſitura Sancti Mauritii, & monaſterium Virginum ſacratarum, Cluſa ſuperior

dictum. Eſt Rotenburgum paucos ante annos, circa forum maximè, horrendo incendio miſerè vaſtatum.

Pag. Eitingen, 1½. mill. Auſtrio-Hohenburgicus, in quo commodum eſt diverſorium.

Nonnulli iter facientes Ulmâ petunt Blaubeuram, 2. mill. Inde pag. Velſtetten in Alpibus aſperis, 1. mill. Urb. Auracum, Aurach, VVurtenbergicam, in qua ſpectatu digna ſunt templum parochiale, Arx Principis intra oppidum, & ſupra illud, Auracum altum, Caſtellum munitiſsimum in monte excelſo ſtructum, itemque Curia, 1. mill. Vic. Mezingen, 1 mill. Pag. Kirchheim, 1. mill. Urb. Tubingam, 1. mill. atque hinc in dictum pagum Eitingen, Rotenburgum tranſeundo, 2½. milliar.

Hinc porrò

P. Schopfloch, 1. & dimid. mill. VVurtenbergicus, in Silva nigra; ubi diverſorium eſt noviter reſtitutum.

P. Glattau. ½. mill. magn.

Urbs

Urbs FREUDENSTAT, dimid. mill. magn. Etiam ſita eſt in Silva nigra ſive Hercinia, loco editiore condita: in qua viſu dignum eſt templum à Ioan. Friderico, Wurtembergiæ Duce conſtructum. Paſſa eſt hæc Urbs bello ſuperiore Germanico damna plurima, id quod adhucdum rudera incenſarum & collapſarum ædium teſtantur.

Cœnobium & diverſorium Kniebis, 1 mill. in dicta ſilva: de quo tamen nihil hodie reliquum eſſe dicitur, præter domum, cujus incola vectigal à prætereuntibus aurigis expoſcit.

Urbs NOPPENAW, 2. mill. Poſt longum per ſilvam tranſitum tandem deſcendentibus de monte hoc oppidum ſeſe offert, quod Præfecturæ Kirchheimenſi adjunctum eſt.

Urbs OBERKIRCH, 1. mill. Quondam Epiſcopatus Argentoratenſis, ſed anno 1592, Duci VVurtembergico data. Cui bello ſuperiori erepta

erepta eſt, ſed poſt impetratam pacem eidem cum univerſa Præfectura reſtituta, (ad quam etiam referuntur Acidulæ Vallis Petrinæ,) ſita in Ortenavia.

Urbs WILLSTATT. 2. milliar. parvis. ita, ut Oberkircha, quidam unum tantùm milliare cum dimidio numeret; Comitum ab Hanaw, tota ferme ſuperiori bello exuſta, ita ut unà molendinum illud celeberrimum cum Arce pulcherrima interierint.

Hinc pergitur dimidio milliari ad pontem Rhenanum, & porrò ad

Urb. STRASBURG. dimid. atque ita milliar. uno magno. In hac magnifica S. Romani Imperii civitate præcipuè ſpectatu digna ſunt, Templum primarium ſeu ſummum, cum turri artificioſiſſimè ſtructa, quæ Mundi miraculis adnumeratur: Item, templum Collegiale S. Thomæ, ad D. Petrum Iuniorem & Seniorem: S.


Stepha-



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

erept
eiden
tuta,
cidul
navia
Ur
parvi
unun
num
ta fe
ut u
mun
rint.
E
ad
ad
U
que
mag
præ
plur
turri
Mur
temp
D.F





o3
um
ia;
&a
ne-
hy-
m:
m:
ni;
is;
æ-
n-
u.
n,
I-
il-
s,
&
e-
it
n
is
b,

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

30
ere
eic
tut
cic
na

pa
un
nu
ta
ut
mi
rir

ad
ad

qu
m:
pr
pl
tu
M
te
D

Stephani, & alia plura: Xenodochium ampliſſimum & in eo cella vinaria: Collegium Academiæ: Curia, dicta Palatium, Ædificium novum: Monetaria: Granaria publica: technophylacium in Cœnobio Franciſcanorum: Ærarium: Cella vinaria: Prytaneum: domus mercatoria: horti peramœni: munitiones ſeu propugnacula Urbis, ſcl opetariorum, & balliſtariorum diæta, & id genus alia.

Hinc juxta Epiſcopalem Argentoratenſem Arcem Kochersberg, uno milliari magno ab Urbe diſſitam, per pagos aliquot, ad

Urb. TABERNAS ALSATICAS (vulgò Ellſaszabern.) 4. milliar. ſedes Epiſcopi Argentinenſis, locus munitiſſimus: in cujus Arce & templo Parochiali ſpectando, operæpretium feceris.

Mox extra hanc urbem incipit mons ille Tabernarum, per quem iter facientibus aſcenſus & deſcenſus patet, ad

Urb.

Urb. PFALZBVRG, 1 mill. Waſgoiæ, Duci Lotharingio ſubjecta, cujus regioni à Palatinis, lineæ Bipontinæ Veldentianæ, vel emptionis vel pignoris titulo, adjuncta eſt. Habuit ante bellum proximum arcem elegantem.

Urbs KAVFMANS SARBVRG, vel Sarbruck, 2 mill. Fuit olim Imperii Romano-Germanici: quam tamen ſuperioribus annis Epiſcopus Metenſis, atque Dux Lotharingiæ, exemerunt.

P. S. Georgen. 1½ milliar.

Urbs & Arx, BLAMONT, vel Blanmont, 1 & dimid. mill. Ante bellum proximum hic fuit Arx antiqua, ampla, & magnifica, cum acceſſione ſive adjunctione novi atque artificioſè ſtructi Princip. Lotharingici Palatii.

Arx & pag. Schiffelen. 1 mill. Olim Dominis Comitibus Rheni, & forſitan hodie adhucdum ſubjecta. Quanquam hæc regio Lotharingica, nunc

in ma-

in manu & poteſtate Galliarum Regis eſt.

Urbs LVENSTAT, vel Luneville. 2. mill. Oppidum eſt Lotharingicum, mediocriter munitum.

Ur. NICLASBURG, S. Nicolas, vel S. Niclas, condita juxta Murtam, vel Meurtam flumen, fuitque ante bellum proximum nomine mercaturæ & negotiationum celeberrima, in qua Templum eſt ampliſsimum.

Urbs NANCEUM. 2. mill. Caput eſt Ducatus Lotharingiæ, in qua ſedem quondam habuit ipſe Princeps: jam verò Regno Gallicano eſt adjuncta. In duplici hac munitiſſimaque Urbe ſpectatu digna ſunt præcipuè, Templum S. Georgii, atque in eo Caroli Audacis, Ducis Burgundiæ, Monumentum ſepulcrale, & Palatium Principis, cum hortis amœniſsimis aliiſque iiſdem conjunctis.

Urbs TOUL, vel TULL, 5. milliar. Eſt Epiſcopalis civitas, membrum quondam Imperii Romani, ſed ab

ad Heinrico ſecundo Galliarum Rege capta, & tranſactione Pacis anno 1648, cum Meti & Verduno urbibus, earumque Epiſcopatibus, quod Iuriſdictionem territorialem attinet, Regno Galliarum tradita. Spectatu hic digna ſunt præcipuè, elegans, amplum & affabre conſtructum templum S. Stephani. Ipſa urbs ad ripam Moſellæ eſt condita.

Hinc per pagum S. Aubin, ad

Urb. BARLEDVC, 9 milliar. Gallicis. Itinerarium Gallicum, vel La Guide des Chemins, notat hinc poſt Urb. & Arcem Ligny en Barrois. 4. Urb. Vaucouleur. 4. Urb. & Arc. Fou. 4. Urb. Toul. 3. Urb. Nancy. 5 mill. Alii verò tantum numerant 14. milliar. Gallica à Nancy uſque Barleduc: traditque Merula dictam urbem Vaucouleur ſex tantùm milliaribus à Nancy diſtare. Eſt Barleduc Caput Ducatus Bar, vel regionis Barrois. ſubjecta antehac

Duci

Duci Lotharingiæ, nunc verò Regi Galliarum tradita: dividiturque flumine Ornain in 3. partes, & Arcem, habet. Hinc viâ ſatis incommodâ, quâ venitur ad .

Urb. CHAALON, vel Chalon ſur Marne, 9. vel 10. milliar. Inter proficiſcendum occurrit ignobilis quidam pagus, La Maiſon rouge dictus. Et juxta alium quendam Nedancourt. Sita eſt hæc urbs juxta Matronam flumen, pulchra, ampla, & Epiſcopalis.

Urb. ESPERNAI, 8 mill.

Ur. DORMANS, 6 mill. adhuc in Campania.

Urb. CHASTEAV Thierry. 4 milliar. in regione Brie ſita.

Urb. MEAVX, ſeu Meldæ. 9. Caput eſt dictæ regionis Brie, & ſedes Epiſcopalis: infra quam Matrona ſive Marne, flumen delabitur; ipſa verò ſita eſt in monte, in Gallia Celtica, arcem habens ſatis munitam,

Tem-

Templum ſummum ſive primarium, exſtructum eſt in honorem Sancti Stephani.

Pag. Liury, 7 milliar. Gallicis, ſive ſeptem horas dormiendo.

Urbs PARIS. 3. Cujus, tanquam Capitis Regni Galliarum, & ſedis regiæ deſcriptio, huc non referenda, ſed alibi quærenda eſt.

ITER XLVII.


Auguſtâ MEMMINGAM: Conſtantiam, Schafhauſen, Baſileam, Montisbelgardum, & Veſontium, in Burgundia ſuperiore.

Pag. Bobingen ad Sinclam, 2 milliar.

P. Sibenaich, ad Wertacham, 2.

Arx Angelberg. 1 mill. magn. Quidam 2 mill. notat. Sicut quidam à Bobingen ad Angelberg. 4 mill. ponit.

Urbs



BIBLIOTECA NAZIONALE · VITTORIO EMANUELE III · NAPOLI

3
T
e:
S

ſe

C
g
ſe

A
J

li

C
a
r

Urbs MUNDELHEIM. 1 milliar. Summa, 6, aut 7 milliar. Auguſtâ, Quidam hinc ad Vic. Schwabmonchingen, 3. P. Inningen. 2. Auguſtam. 1. numerat. Sita eſt juxta Mindelam, fluvium, ſubjecta hodie Electori Bavariæ: in qua Templum parochiale, Cœnobium Virginum, Collegium Jeſuitarum: extra oppidum verò, in monte S. Georgii, Arx, viſu digna ſunt.

P. VVeſterheim. 2 milliar.

Urbs MEMMINGA, 1 mill. Vulgò Memmingâ, Auguſtam, 10 mill. numerantur. Refert Cruſius, per VVeſterheim & Ramlach perveniri Mundelheimum, 3. Angelberg & Modchingen etiam 3. & hinc per Mittelſtetten & Gockingen. 4 milliaribus Auguſtam. In hac S. R. Imperii Urbe ſpectari poſſunt Templum S. Martini, & D. Virginis: Auguſtinianorum, & Virginum Cœnobia: Domus Antoniorum: Xenodochium S. Spiritus, Curia; & extra civitatem Cœno-

Cœnobium Carthuſianorum Buchſheim.

Urbs WVRTZACH, vel VVurzen. 3. milliar. in Algoia, Dapiferorum à Waldpurg.

Urbs RAVENSPVRGVM. 3 m. In hac S. Imperii urbe, ſita ad Schuſſam flumen, ſpectatu digna ſunt, templum D. Virginis: Sancti Iodoci, & alia: Cœnobia item aliquot; Xenodochium: Arx: Curia: Telonium ſeu domus mercatoria: Granatium: armamentarium.

Urbs BVCHORN. 2 mill. juxta Lacum Bodmanicum condita, propè quam celebre eſt Virginum ſacratarum Cœnobium, olim Liebenthal, poſtea Lowenthal, nunc Hofen, ut quidam ſcribit, dictum.

Urbs MORSPVRF, 1 & dimid. vel 2 milliar.

Vel, Ravenſpurgo, ad

Urb. MARCHDORF. 3 Epiſcopi Conſtantienſis.

Urbs MERSPURG, vel MORSPURG. Hic Epiſcopus Conſtantienſis ſedem nunc habet. Locus eſt vinetis amœniſſimus.

Hinc ad ripam Lacus Chronii (Bodenſee) & porrò trans lacum

Urb. CONSTANTIAM. dimid. mill. Summa, 1. mill. Merſpurgo. Appellatur vulgò Conſtantia, Imperialis quondam civitas, hodiè verò Domui Auſtriacæ ſubjecta; quæ ejus loco collectas & tributa Imperio ſolvit, diciturque adhuc ſuis gaudere propriis privilegiis: in qua viſu digna ſunt, templum Epiſcopale, itemque templa quædam Collegiata & Cœnobia diſtincta, Collegium Jeſuitarum, cum Curia, & mercium Cuſtodia.

Urbs STECBORN. 2 mill. Ad Lacum inferiorem ſive Zellenſem, Archiducum Auſtriacorum.

Vrbs STEIN, 2. mill. juxta Rhenum, Tigurinorum, qui in celebri

hujus

hujus Oppidi Cœnobio, loco Abbatis, Curatorem habent.

Urbs DIESSENHOFEN, 1 milliar. juxta Rhenum in Turgoia, Helveticorum confœderatorum imperio ſubjecta.

Urbs SCHAFHAVSEN. 1 mill. juxta Rhenum, unà ex 13 præcipuorum confœderatorum Helveticorum locorum. Eſt hic pulcherrimus magniſque ſumptibus conſtructus Pons, quo Rhenus jungitur, cujus ſimilis nullus alius reperitur, in univerſo tractu Rhenano. Neque minus præclaclarum eſt Templum Apoſtolorum, opus miro artificio ſtructum, itemque Curia, & Cœnobium.

Urbs NEWKIRCH, Nunkirch, vel Nunkilch, 1. mill. in Klettigovia, eſtque, cum territorio, Scaphuſianorum.

Urbs TUNGEN, 1½. mill. Itidem in Klettigoia, ad flumen VVutach, olim unà cum Arce DD, Comitum Sultzen-

Sulzenſium, nunc, ut fertur, Comitum Hohenzollerenſium.

Urbs WALDSHVET. 1. & dimid. vel 2. milliar. Suprema eſt inter quatuor Auſtriacarum Rhenenſium vel Silv. Civitatum, ſupra Baſileam, in Rheni ripa condita.

Urbs LAVFENBERG. 1. milliar. magn. ſecunda hæc eſt Urbium Auſtriaco-Rhenenſium, atque duplex: Major Arcem habet: Suntque hic Catarrhactæ Rheni minores, non ſcilicet tantæ, quantæ ad Scaphuſiam ſunt.

Urbs SECKINGEN. 1½. vel 2. m. parva. Tertia hæc eſt ex ſupradictis Civitatibus Rhenenſibus, in qua celeberrimum eſt liberumque Virginum Cœnobium & Abbatia: Cujus Abbatiſſa inter Principes refertur, & à qua Domus Auſtriaca urbem hanc Seckingen feudum capit, & Abbatiæ curam gerit.

Hinc per pagos Stein & Mumpf. ad

Urb. RHEINFELDEN. 2. mill.

parvis. Quarta hæc eſt ultimaque ex dictis Auſtriacis Rhenenſibus civitatibus ſupra Baſileam, quarum hæc eſt pulcherrima, munitisſima, & optimè ſtructa, pontem quoque habens elegantem, quo Rhenus jungitur.

Urbs BASILEA, 1. & dimid. vel 2. mill. parvis, ſive 3. horis à Rheinfelden. In hac præcipua & celebri Urbe, quæ nonum in fœdere Helvetico locum tenet, ſpectatu digna ſunt, Templum primarium ſive Epiſcopale D. Virginis, binis turribus conſpicuum: Templum Collegiale S. Petri: Cœnobium Dominicanorum, atque ibidem famoſa illa Mortis Chorea: Cœnobium Carthuſianorum amplum, & Ædes ſacræ aliæ: Item Collegia Academiæ, & Bibliotheca: Curia, Armamentarium, Technophylacium, & aliæ res pulcræ & elegantes.

Hinc nonnulli proficiſcuntur in Oppidum Dattenried (de quo infra Itin. 139.) & porrò Mumpelgartum.

Alii

Alii in pagum Wantzweiler, 1. mill. Pag. Sept, 3. & Montisbelgardum, 3. Tertii verò, Baſileâ viam capiunt ad

Pag. Waltig vel Waldthofen, ab alio dictum Waldskufen, 2. milliar. magn.

Urb. FLEVRMONT, vel BLVMBERG, 2. mill. Arcem habet exuſtam, eſtque hodie cum territorio Generali Locumtenenti Roſæ ſubjecta: Antea Baronibus à Pollweil, poſtmodum Comitibus Fuggeriis.

Urbs MVMPELGART, 3. mill. Caput hæc eſt Comitatus ejusdem nominis, hodie Domino Leopoldo Friderico, Duci Wurtenbergico &c. paret, qui in Arce ſedem ſuam habet Aulicam, bene munita, & cum conjunctis ædificiis aliis ſpectatu digna. In urbe autem videri poſſunt, Templum S. Oswaldi vel Sainct Mainbeuf, & S. Martini: Pædagogium & Collegium: Palatium Principis: Curia: Macellum: Sphæriſterium, & alia.

Pag. Dampierre vel Damnipetra juxta Dubam flumen, in quod Alaine vel l'Aldua amnis, Montisbeligardum allapſus, ſeſe exonerat, 1. mill.

Urbs LILLE. 2½. milliar. Latinè dicitur Inſulæ, juxta Dubam in Comitatu Burgundico, ſicut & dictus pagus Dampierre.

Urbs CLERVAL, Clervaux, Klarwang, vel Clerovia. 2. milliar. A quibusdam Mompelgarto huc uſque tantùm 4. milliar. numerantur. Eſt oppidum hoc unà cum arce Wurtenbergicum, pertinens ad Comitatum Mompelgartenſem; quanquam ſitum in Burgundia, cujus etiam Feudum eſt.

Urbs BAVME les Nonnes, vel Palma. 2. milliar. etiam in Comitatu Burgundico ſuperiore juxta Dubam: & Hiſpanica, in quà celeberrimum & opulentiſſimum eſt Cœnobium Virginum ſacrarum, & Abbatia Ordinis Cluniacenſis.

Roul-

Roullan. 2 mill. juxta Dubam.

Pag. Vare. 1. & dimid. milliar. Itidem

Urbs BISANZ. Beſançon, vel Veſontio. 2. & dimid. milliar. Quidam Montisbelgardo huc uſque, 12 tantùm milliaria numerat, nempe Clairvaux, 3. Palma, 2. Roullan. 2. Malmaiſon. 2. Biſanz. 2. mill. In hac S. R. Imperii & Archiepiſcopali Urbe ad Dubam dictum, vel le Dous, præcipuè ſpectatu digna ſunt 2. Archiepiſcopalia Templa, S. Joannis Evangeliſtæ, & S. Stephani Protomartyris: Item, 8 parochialia, & alia templa, Cœnobia, & Xenodochia: Etiam templ. Jeſuitarum & Collegium: Aula Epiſcopi: Prytaneum: Curia: Palatium Granvellanum, atque in eo multa admiranda opera antiqua, picturæ ingenioſiſſimæ: Libri manuſcripti, & alii innumeri: Item, Palatia alia elegantiſſima, inque iiſdem Bibliothecæ inſtructiſſimæ, & horti quoque amœniſſimi.

Hinc ad DOLAM (in qua Academia eſt Hiſpanica & Conſilii regii ſupremi Burgundiæ ſuperioris, ſedes, egregiè munita & ad prædictum flumen ſita) 7 milliar. Burgundicis, quæ Germanicis breviora ſunt, nempe in pagum S. Veit, 3. Dole, 4. Unde ad Auſſonne, in Comitatu Burgundio-Gallico, 3. Urb. Dijon, quæ caput eſt in dicto Comitatu, 6 milliar. Gallica. Vic. S. Seine, 4 vel 5. Vic. Baigne vel Baigneuz les Iuifs, 5. Urb. Chaſtillon ſur Seine, 7 vel 8. Urb. Bar ſur Seine, Campaniæ, etiam 7 vel 8. Urb. Troyes, 6 vel 8. Urb. Nogent ſur Seine, 12 vel 13. Urb. Provins in provincia Brie, 4. Urb. Brie Comte Robert, 12 vel 14. Lutet. ſive Paris, 7½. milliaria numerantur.

E dicto Mumpelgarto autem, nonnulli Francofurtum, nonnulli Tannum vel Dattenried proficiſcuntur, Mulhuſium, Enſisheim, Kenzingen, Renchen, Raſtatt, Heydelberg, & ſic porrò. Quâ viâ etiam aliqui utuntur

Col-

Colmariam atque inde Scletſtadium, Liechtenaw, Pfortzheim, Leonberg, & Stutgardinm petentes.

ITER XLVIII.

Auguſtâ LINDAVGIVM, S. GALLEN, & SVITZIVM: *item* SEDVNVM VALLESIÆ.

Urbs MEMMINGA. de qua in Itinere ſuperiore.

Urbs LEVTKIRCH, 3. mill. in hac S. Rom. Imperii Urbe, inprimis viſu digna ſunt, Templum novum S. S. Trinitatis: Parochia, & Aquæductus.

Urbs WANGEN, 2. mill. Quidam notant 3. milliar. Urbs Imperialis in Algoia, ad Argam ſuperiorem ſita: In qua viſenda ſeſe offerunt Templum S. Martini, & Curia.

Urbs LINDAW. 2. vel 2½. milliar. licet quidam 3 numeret. In hac præcipua, egregiè munita, & ad Lacum Acronium ſive Bodamicum (vulgò Bodenſée) ſita civitate, viſu digna ſunt : Cœnobium Principale Virginum Sacrat. Parochia S. Stephani, Curia, & turris antiqua, gentium murus, vocata.

Hinc nonnulli iter ſuſcipiunt trajicientes Lacum Bodamicum ad oppidum RHENECK, quod ad octo pagos ſeu Civitates Helvetiorum, Tigurum, Lucernam, Vrios, Suitios, Underwaldenſes, Tugium, Glaronam, & Abbatis-Cellam pertinet; quò 1½. vel 2. milliar. numerantur. Unde mill. uno magno, & juxta alios, 1. & dimid. milliar. ad S. Gallum pervenitur.

Plerique verò per Lacum Bodamicum pertingunt ad

P. Rorſchach. Abbatis S. Gallenſis. 2. milliar. magn. Lindauio diſſitum : quò ſpatio quatuor horarum, ventis

ventis ſecundis flantibus navigari poteſt.

Hinc itinere terreſtri petitur

Urbs S. Gallen. uno mill. magn. ſita in Turgoia ſuperiore ad flumen Steinach, in qua Cœnobium Illuſtre Principis, & in eo inæſtimabilis librorum ſeu Bibliothecæ theſaurus: ut & Monaſterium, & Curia, digna ſunt, quæ videantur.

Pag. Heriſau vel Heriſow. mill. uno magno. Parochia eſt in regiuncula Abbatis-Cellenſi.

P. Watweil. uno quoque milliari Helvetico, ſeu 1. & dimid. communibus Germanicis.

P. Iberg. dimid. mill.

P. Fiſchenthal. 1½. mill.

WESEN. 1½. Alii à S. Gallo huc uſque tantum 4 milliar. ponunt. Pulcher eſt & habitatoribus frequens pagus, in extremis Lacus Walenſis &q. ad radices Admontii ſtructus, & Suitiis atque Glaronenſibus ſubjectus.

SWEITZ vel Schwytz, 1 & dimid. vel 3 milliar. Locus patens & montibus ſeptus, 7 milliar. Helveticis à S. Gallo remotus inque Argoia ſitus; quintus numero & ordine inter ſeptem Helvetiorum Pagos: à quo tota illa regio nomen habet.

Qui verò in Walleſiam proficiſcuntur, illi ex dicto pago Weſen veniunt GLARONAM, milliar. uno magno. Eſt hic Octavus ordine inter Helvetiorum Pagos, patens, ſed populoſus & celebris, diverſæ Religionis; In ſiniſtro latere fluminis Lindt vel Lindmat ſitus.

ALTORF, 2 milliar. Caput Uriorum, inter XIII Helvetiæ loca haud poſtremus, & ordine quartus Pagus. Appellatur à nonnullis Vri, ſed ineptè, quoniam hoc nomen Vriorum regiunculæ competit.

Pag. Silenen vel Syllenen, 1 mill. in dicta Vriorum regione.

Vic. Urſeren, Urſella, 1 & dimid. Lepontiorum præcipuus pagus, ad fontes



rito-

iti-
is S.
per

Non
pre-
s ſu-
tem
eſt

pa-
Bri-

Ter-

aput

ioda-
ente-
ioris
Lin-
uſus.
ermæ
ſunt

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

m
m
à
ti
ſe
tc

ſc
n.
m
F
p
n
v

r
p
A
q
g

ir

L



rito-

iti-
is S.
per

Non
pre-
s ſu-
item
eſt


pa-
Bri-

Ter-

aput

ioda-
ente-
ioris
Lin-
uſus.
ermæ
ſunt

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI



fontes Ruſſæ ſitus,& Uriorum territorio ſubjectus.

Pag. vel Vic. Hoſpital. dimid. itidem in Uriis & ad radices montis S. Gottharti, vel Alpes Rheticas : per quem venitur

GOMS, 2 milliar. magnis. Non eſt locus certus, ſed appellatio ſupremæ Centenæ, ex ſeptem Centenis ſuperioris Valleſiæ. Præcipuus autem pagus hujus regiunculæ Goms eſt Geſtilen.

Vic. Naters, 3 mill. præcipuus pagus ſecundæ Centenæ, è regione Brigæ ſitus.

V. *Viſp*, 1 mill. vel 2 horis : Tertiæ Centenæ pagus.

V. Raren, vel Raron. 2 hor. caput quartæ Centenæ.

V. Leuck, 1 mill. iuxta Rhodanum. Eſtque caput quintæ Centenæ, vel Communitatis ſuperioris *Valleſiæ*, in quo promiſcuus eſt Linguæ Germanicæ & Allobrogicæ uſus. Milliari uno ab hoc loco, thermæ

ſunt ſaluberrimæ : Aquæ Brigiæ vocatæ.

Vic. Siders. Caput Sextæ Centenæ.

Pag. Gradezvel Gradetſch. 1. milliar. vel 1½. hor.

Urbs SITTEN, Latinè Sedunum. Gallic. Siun & Sion. 1. milliar. magno vel 3. hor. Non ſolum Caput ſeptimæ ultimæque Centenæ, ſed totius quoque Valleſiæ : in qua Epiſcopus, qui Princeps & Dominus eſt univerſæ regionis, ſedem ſuam habet. Arces habet tres, eſtque in Urbe inprimis ſpectatu dignum templum Episcopale, non procul ab Aula Epiſcopi. Incolæ utrâque linguâ utuntur, cùm Germanicâ, tum Sabaudicâ, vel Gallicâ inelegantiore, quam ipſi Italicam vocant.

ITER

ITER XLIX.

Auguſtâ, BERNAM, SVITZIVM, & GENEVAM, atque hinc Chamberry Sabaudiæ, & Taurinum Pedemontii. Itemque Lugdunum Gallorum, & loca alia Galliæ, atque porrò Madritum Hiſpaniæ.

Urbs SCHAFHAVSEN. de qua ſuprà Num. 47.

Urbs EGLISAW. $2\frac{1}{4}$. mill. juxta Rhenum, Tigurinis ſubjecta.

Urbs BADEN. $1\frac{3}{4}$. Quidam per oppidum Kayſerſtuel à Schafhauſen huc uſque, 4 tantum habet, ſed magna milliaria. Eſt hæc peramœna civitas, in dextro latere Limagi fluminis ſita, quam thermæ, ſive aquæ naturâ calidæ, celebrem reddunt. Viſu digna hic ſunt, templum Collegiale Deiparæ Virginis: Cœnobium Ca-

 pucci-

puccinorum & Confœderatorum Helveticorum Buleuterium. Summum imperium hic tenent Octo Pagi veteres Helvetiorum communiter, habenturque in ea, æſtivo præſertim tempore, pleraque Helvetiorum Comitia.

Urbs MELLINGEN, juxta Ruſſam, 1 milliar. Octo Pagorum Veterum.

Urbs ZOFINGEN, 2 & dimid. mill. ſita ad Wigerum, flumen Argoiæ, Bernenſium.

Urbs HVTWIL, 1 & dimid. mill. etiam Bernatium.

Urbs BVRGDORF, 2 milliar. in Argoia, iuxta Emmat, fluvium, itidem Bernatium, locus peramœnus, Arcem habens principalem.

Urbs BERNA, 1 milliar. magn. vel 1 & dimid. mill. unde quidam à Baden huc uſque 11. milliar. numerat: quandoquidem Helvetica milliaria longisſima ſunt. Tenet Berna ſecundum locum inter XIII præcipua fœderis

deris Helvetici capita. Urbs eſt pulcra, opulenta & potens: In qua ſpectatu digna ſunt Monaſterium ſive templum ſummum: Collegium Scholæ: Bibliotheca: Xenodochium magnum: turris elegans & præcelſa: Curia: Armamentarium: Prytaneum: Præfecti urbis tribunal publica in platea; & locus peramœnus, quo ſeſe jaculando exercent cives.

Urbs MVERTEN ſive MORAT, 2 & dimid. milliar. Iuxta Lacum ſita eſt, qui ab hac urbe & arce nomen accepit, illa in regione, quæ olim Burgundia minor vocata eſt. Eſt Bernatium & Freyburgenſium, præcipuorum fœderis Helvetici locorum, celebris facta, clade illa, quam juxta eam accepit quondam, anno nimirum 1476, Carolus Audax Burgundiæ Dux: Cujus rei argumentum admodum luculentum eſt, Oſsuarium extra Urbem.

Vrbs

Urbs WIFLISPVRG, vel Aventzen, AVENTICVM, 1 mill. magno in ſuprema parte Lacus Murtenſis, juxta oſtium fluminis Bruw, habetque ab eo nomen univerſa illa regio, & ſubjecta eſt Bernatibus.

Urbs PETERLING, Paierne vel Paterniacum, etiam ejusdem longitudinis, milliari uno, juxta dictum flumen Bruw vel La Broye. Cœnobium hic eſt celeberrimum Benedictinorum, eſtque vel Bernatium proprium, vel Bernatibus & Fryburgenſibus commune.

Urbs & Arx MILDEN. Moudon, vel Modun. 2. milliar. aut 4 hor. equo vectis: Bernatium.

Urbs LOSANNA, vel LAVSANNE. 2. milliar. Helveticis: Semihoræ via à Lacu Genevenſi ſive Lemano remota. Habuit olim Epiſcopum, nunc verò ſubjecta eſt Bernatibus, qui loco Episcopatus, Academiam in ea conſtituerunt, quorum præfectus etiam Arcem tenet. Viſu hic digna ſunt.

ſunt Monaſterium ſive templum primarium Epiſcopale, & Collegium univerſitatis.

Urb. & Arx MORGES vel Morſée. 2. horis magnis. Bernatium nunc, olim Ducis Sabaudiæ, ſita eſt juxta Lacum Genevenſem.

Vic. Rolle. 2. hor. equo lento gradu procedente. Etiam Bernatium.

Urbs NYON vel Newis. 2. hor. etiam Bernenſibus ſubdita.

Vic. & Arx Copet. 2. hor.

Vic. Verſoy, vel Verſois. 1. mill. Gallico. vel 1. hor.

Urbs GENEVA. 1. hor. vel uno milliar. Germanico magno à Copet. Sita eſt hæc urbs juxta Rhodanum, ſive Rone, è lacu Genevenſi iterum erumpente. Fœdere conjuncta eſt Bernatibus & Tigurinis, ejuſdem quoque cum utraque Religionis, & liberæ civitatis privilegiis gaudens: In qua viſu præcipuè digna ſunt, templum primarium Epiſcopale S. Petri: Templum S. Gervaſii: Curia, & Armamen-

mamentarium : Collegium Academiæ, & Bibliotheca. Profecturus hinc Taurinum Pedemontii, in qua ſedes eſt aulica Ducis Sabaudiæ, proximè Genevam, ſeu Arvæ pontem, veniet in

Pagum Le Chaſteau de Beaume, 2 milliar. & porrò per quercetum in Vicum Croiſille, 1 milliar. & hinc intra duos montes ad

Urb. NICY, 1 mill. Sabaudiæ Ducis, in qua Epiſcopus Genevenſis ſedem habet.

Hinc per pagos Saverii, Very, Menton, Faloire, & Vertu, in

Vic. Servage. 4. mill.

Pag. S. Vian. 2. mill.

P. Eton. 1½. mill.

Vic. S. Catherine. 2. mill.

Urbs AIGVEBELLE, vel Aquabella, 1 milliar. Hic pervenitur ad viam Lugdunenſem, quæ perducit ad Pag. S. Laurens, 3 mill. Gallica. P. La Verpilliere vel Verpeliere, 2 mill. Pag. Burgoin, 2 mill. Pag. La

Tour du Pin, 2 mill. Vic. Le pont de Beauvoiſin, 3 mill. (hic in ponte Ducatus Sabaudiæ, & Delphinatus Galliæ dividuntur.) La Gabellette, Diverſorium, 2. Urb. Chambery vel Camberiacum (quæ caput eſt Sabaudiæ, per Urb. Aix vel Aiſt, Ducis de Nemours, Pag. Trochon, Urb. Remilly, & Vic. Luiſettes, 18 vel 20 milliar. Sabaudica Genevam uſque numerantur) 2 mill. Urb. & Caſtrum Montmelian Ducis Sabaudiæ, 2 vel 3 mill. Urb. Aiguebelle, de qua paulò ſupra, 4 mill. Hinc porrò ad flumen Arch pagos aliquot, & per viam aſperam & arduam, ad

La Chambre, 4 mill. vel Vicum vel Oppidum, ubi Arx eſt, à qua Marchionatus de La Chambre nomen accepit.

Urbs S. Jean de Maurienne, vel Morienne, 4 mill. Caput Comitatus hujus nominis & Epiſcopalis.

P. S. Julien, 1 milliar.

Vic.

Vic. S. Michael. 1.

Vic. S. André. 2.

Vic. Modane. 1.

Vic. Vilars. 1.

Vic. Bareman. 1.

Pag. Soviliere, à quo non procul diſtat Vic. Tremignanum.

Vic. Lunebourg, à quibusdam Lanebourg appellata, 1. vel 1. dimid. mill.

Hinc per montem celſiſſimum Cenis vel Senis, Ciniſium aut Cineſium (in quo juxta Xenodochium quoddam, Sabaudiæ & Pedemontanus Ducatus diſterminantur, & Italia incipit) in

Pag. La Ferrerie, vel La Ferriere, 4. magna milliar. Gallica, quæ non niſi unius diei itinere confici poſſunt.

P. Novaleſe, 1. mill.

Urbs SVSA, 1. Parva eſt, ſed munitisſima Pedemontii Urbs, ſubjecta Duci Sabaudiæ.

Urbs Bozolengo 1. mill.
Vic. & Arx S. George. ½.
P. S. Antoine. 1. & dimid.
Vic. S. Ambroiſe. 1.
Urbs AVILLANE, vel Avigliane. ½.
Cœn. S. Antoine.
Urbs Rivoli. 1. milliar. Arcem habet.
Urbs TVRIN, vel Taurinum, 3 mill. Gallica. Caput hæc eſt Ducatus Pedemontani, ampla, pulchrè ſtructa & optimè munita, in qua, ut ſupra dictum eſt, Ducis Sabaudiæ ſedes eſt plerunque.

Caſpar Auguſtinus, in Tabulis ſuis Itinerariis Auguſtanis breviorem viam notat, nempe rectà ex ſupra nominata Berna per Fryburgum, Biſſarola, Novara, Vercelli, & S. Joan, hucuſque; & ponit ipſe, per Ulmam, Ravenſpurg, Buchorn, Merſpurg, Conſtantiam, Steckborn, Stein, Badam, Arau, Bern, & loca ſupra dicta 66. ½. mill. Germanica, Auguſtâ Taurinum.

Qui

Qui verò ex ſupra dicta Urbe Geneva Lugdunum Gallorum profecturus eſt, is perveniet

Vic. Colonge vel Conlonge, 3. vel 4. milliar. Gallicis, horæ unius menſura conſtantibus ad

Caſtellum Cluſe vel l'Eccluſe, 1. parvo milliar. Fauces hic ſunt & viæ anguſtia, per quam tranſiri oportet, eſtque regno Gallicano ſubjectum.

Pag. Chaſtillon. 5. mill.

Urbs SAINT GERMAIN la Cheure. 1. mill.

Urbs NANTVA, 2. mill. Hic tractus quondam totus fuit Sabaudicus, nunc verò Regi Galliarum paret. Conficiuntur hic aciculæ plurimæ, quæ in loca remota & disſita exportantur.

Pag. Sardon. 3. Pertinet cum Arce ad Ducem de Nemours.

P. & Arx le Chaſteau Gaillard. 3. mill.

P. La Boiſse. 2. mill.

Urb.

Urbs LYON, Lugdunum. Summa Genevâ huc uſque, per aſperam & montoſam viam, itinere æſtivo, equo vectus, ſpatio bidui perveniet.

Qui hinc in Hiſpaniam tendit, ei offerunt ſeſe, ut C. Auguſtinus ſupra dictus notavit, Lugduno per Montis-peſſulum (Montpellier) Narbonam, Leucatam, Parpignan, Barcelona, Lerida, Saragoza, Fresno, Bubiera, Arcos, & Alcala de Henares, & tandem Madritum, ubi regia ſedes eſt: quò ipſe Auguſtâ 151. milliar. numerat.

Poſſunt autem qui volunt, cùm flumine vecti, tùm pedibus iter facientes, proficiſci Avenionem. Qui terrâ pergunt, per Urb. S. Saphorin d'Oſon perveniunt

Urb. VIENNAM, Vienne, 5. milliar. Francicis.

Vic. Auberive. 2. mill.

Urb. Piaga de Rusſilion vel Rosſillon. 2. mill.

Vic.

Vic. S. Rambert. 2.

Urb. S. Valerier. 2.

Pag. & Arc. La maiſon de Pilate. ½ mill. Hic natus eſſe & habitaſſe creditur Pontius Pilatus: Viennæ a. Judex provincialis fuiſſe, eoque in loco jus dixiſſe putatur, ubi nunc eſt Eccleſia, Noſtre Dame de la Vie vocata: in cujus ſuperliminari hæc verba leguntur. C' eſt la pomme du Sceptre de Pilate: eſtque apud Franciscanos turris quædam excelſa & grandis, in quâ, huc, Viennam nimirum, relegatus, captivus detentus, & tandem in eadem expiravit, vel, ut alii tradunt, ipſe ſibi manus violentas intulit. Quanquam nonnulli de ejus obitu aliter ſcribant, quodque ſcilicet mortuus Viennam relatus, ſed quoniam Diaboli cives gravisſimè infeſtarunt, abductus, & non procul ab Underwalden Helvetiæ, in lacum profundisſimum ab eo denominatum, præcipitatus fuerit. Refert Franciscus des Rues in deſcriptione Galliæ, quod ho-

hodieque in hac regione inveniantur Dynaſtæ, qui ab ejus nomine, Domini de Pila vocentur.

Pag. Le Chaſteau de Serve, dim. m.

Urbs Tain, vel Thein, vel Thynnium, 2. mill.

Urb. Valence, 3. mill.

Ur. Loriot. 4.

Ur. Montelimart. 4.

Ur. Chaſteauneuf. 2.

Ur. Donzere. 1.

Ur. Pierre Late, 1½. mill.

Ur. Pont S. Eſprit. 3. Non eſt tamen hæc via recta & proxima.

Ur. ORANGE, 4 mill. magn. ſubjecta cum univerſo principatu nuper adhuc Wilhelmo Naſſovienſi Comiti, qui confœderatarum Provinciarum Belgicarum Imperator bellicus ſummus fuit; qui ab ea ſeſe Principem appellavit.

Urb. AVIGNON, Avenio, 4 mill. juxta Rhodanum ſita & cum univerſa regione ſeu Comitatu Veniſsii, Pontifici Romano ſubdita.

Quidam rectà à Pont S. Eſprit proficiſcuntur Bagnols,& Sorignac, & huc non perveniunt.

Pag. Rimon, 4. à quo uno milliari remotus eſt Pons du Gard.

Urb. NISMES,3.(Schottus 10 habet Avenione; & la Guide 45 Lugduno Gallorum: quæ via huc perveniendi directisſima eſt:)In qua Theatrum eſt, cujus ſimile nullum uſpiam reperitur.

Urb. Lunell. 4. mill.

Urb. MONTPELLIER, 4. mill. Locus celebratiſſimus, ad quem Medicinæ ſtudioſi proficiſci & literis incumbere ſolent.

Urb. BEZIERS, 11. mill. inter quam oppidum Belleluc, Agde, & alia loca non ignobilia, interjacent.

Urb. NARBONNE, 4. milliaria. Hinc Beſoldus Barcelonam numerat iter trium dierum, ſive tricenas Leucas, ſeu milliaria Hiſpanica, quæ Gallicis ſeu Francicis aliquando majora

jora ſunt. Ex hac terminali Civitate Gallica venitur ad

Arcem SALSAS vel Salſulas, 7. mill. in Gomitatu Rouſillon (aliàs ſubjectam Regi Hiſpaniarum, nunc verò Gallorum imperio adjunctam) admodum benè munitam. Inter Narbonam & Salſas terminus eſt ſeu terminalia utriuſque regionis.

Urb. PERPIGNAN, 3. mill. vel iter unius diei Narbonâ huc uſque ſive 10 milliar. Hiſpanica. Caſtrum munitiſſimum, in dicto Comitatu Rouſſillon, quod proximè ſuperioribus annis Galli fame ad deditionem compulerunt.

El Bolo 3. mill.

Pertus. 1.

Junquera. 1.

Urb. FIGVERAS. 3.

Baſcaras. 2.

Urb. GIRONA, vel Gerunda Cataloniæ. 3.

Aſtarlid. 5.

S. Sillon. 2.

Linas. 2.

La Rocca. 1½.

Moncada. 2.

Urbs BARCINONA, Barcelona, 2 mill. La Guide des Chemins à Perpignano huc uſque numerat 34 (dubio procul Gallica, quæ aliquibus in locis parva ſunt) milliaria. Caput eſt Cataloniæ, quanquam ſingularis Comitatus habetur, & adhucdum, priſtinum ſuum Dominum, Hiſpaniarum Regem non agnoſcit, ſed ſub tutela & patrocinio Gallici regni vivit.

Hinc proxima via eſt ad Leridam. Qui verò Cœnobium Monſerrate luſtrare cupiunt, ad quod plurimæ peregrinationes Religionis ergò ſuſcipiuntur, Barcelonâ perveniunt.

Urb. MARTOREL. 4.

Monaſt. Monſerrate. 3.

Urb. IGNAIVDA. 3.

Vic. Hoſtaletes. 4.

Urb. CERVERAM, in ipſa via regia

regia Barcelonâ Saragozam ſitam, 2 mill.

Urb. BELBVCH. 2.

Urb. LERIDAM, 4 aut 5. milliar. *Eſt* urbs Epiſcopalis, in qua antiqua eſt Academia. Sita eſt adhuc in Catalonia.

Urb. FRAGA, 3 milli. magn. Prima eſt regni Aragonici, in hoc Itinere.

Pag. Burialaios, 7.

Urb. OSSERA, 6 mill. quidam 4 tantùm numerat. Eſt iter unius diei grande.

Urb. PVEBLA, 4. mill.

Urb. SARAGOZA, vel Saragoſſa, 2. Caput eſt regni Aragonici, ſita ad Hebri vel Ebri fluenta. Hinc Leodius per Calataiud, Siguenza vel Seguntiam, Alcalam de Henares ſive Complutum (in qua Academia eſt) numerat

Urb. MADRID, In qua Rex Hiſpaniarum ſedem ſuam habet, 50 milliar. Hiſpanica, quæ Philippus I. ſpa-

tio quatridui confecit: Archidux verò Auſtriæ, Albertus, Anno 1595, Madrito Complutum, Guadalaiara, Daroca, Carinnena, & huc Saragozam, hincque Leridam ſuprà dictam. inde Barcinonem, ſpatio quatridui emenſus eſt, ut ibidem in Italiam tranſiturus, navem conſcenderet, quod plerique facere ſolent. Complutum dictum ſiue Alcala de Henares, 6 milliar. & Guadalaiara 10 milliar. abeſt à Madrito: Sita eſt utraque in Caſtilia nova. Siguenzam vel Seguntiam quidam novæ, quidam autem veteri Caſtiliæ, quæ Aragoniæ contermina eſt, annumerant.

ITER L.

Auguſtâ TIGVRVM, & LVCERNAM.

Urbs CONSTANTIA, de qua ſupr. Num. 47. Hinc Wynfeldam vel

vel Weinfeldam, 1 milliar. magn. Notatur appellatione oppidi.

Ur. FRAWENFELD, 1 milliar. Helvetico magno. Sita eſt juxta ripam Murgæ fluminis, arcemque habens, caput eſt Turgoiæ, duplici Religione, ſeptem Pagis ſubjecta.

Urb. WINTERTHVR, 1½. mill. magnis, Turgoiæ, ſplendidas habens ædes, & fontes liquidos, paretque imperio Tigurinorum.

Urbs TIGVRVM, 2 milliar. magnis, pro quibus alius tres notat. Latinè ſic appellatur, Germanicè ZVRCH. Fuit olim Imperio Romano-Germanico ſubjecta, nunc verò primum locum tenet, inter tredecim confœderatas Urbes Helveticas: In qua præcipuè ſpectatu digna ſunt, Templum ſummum ſeu primarium S. Felicis & Regulæ. It. Monaſterium Virginis: Templum S. Petri, Xenodochium: amplisſima pulcherrimeque concinnata Bibliotheca:

Curia: Prætorium: Armamentarium: domus Mercatoria: Granarium, ut & Macellum: Mola, qua charta ſeu papyrus conficitur: Area pulcrè aggeſta, vulgò aufm Hof dicta & domus ſclopetariorum.

Cœnobium & Abbatia-Capel vel Cappel, 2. & dimid. quidam 1. & dimid. tantum milliar. notat. Situm eſt in libera præfectura Knonow, trans montem Albis & dimid. mill. infra Tugium, Tigurinis ſubjectum, qui ibidem Ludum literarium aperuerunt, & Curatorem eidem præfecerunt. Fuit olim celeberrimum Cœnobium Ordinis Præmonſtratenſis.

Urbs LVCERNA, 2½. vel 2. mill. Una ex XIII præcipuis Ordinum Helveticorum, & quidem Ordine tertia, in Argoia, ad Ruſſam flumen, & lacu ab eadem denominato: in qua ſpectatu digna ſunt, Cœnobium Nudipedum, Collegium Jeſuitarum, & Curia.

ITER LI.

Auguſtâ Tubingam, & Durlacum.

Oſtenſæ quidem ſupra ſunt viæ duæ Auguſtâ Tubingam ducentes: Quoniam verò quidam præter illas etiam hanc tertiam notavit, idcirco hic inſerta illa eſt, qua pervenitur ad

Cœnob. Schonfeld, 1½. mill. magnis in Richsnovia, ad Comitatum Burgavienſem ſpectans.

Arx Zuſameck, 1¼. mill. juxta Zuſam amnem.

Arx & Vicus Burtenbach, 1¼. milliar. nobilis viri Heinrici Sebaſtiani Schertlini.

Arx Rott, 1. mill.

Pag. Beuren, 1½. mill.

Pag. Reutti, 1. mill. magn. Dominorum Rotiorum, Patriciorum Vlmenſium. Hinc porrò trans Ilarum ad

Pag. Gocklingen, ubi ſupra Ulmam Danubius tranſitur, 1½. mill.

Pag. Ringingen, 1 mill. Domini Jo. Jacobi Schadii, Patricii & Duumviri Ulmenſis.

Pag. Perka, 1.

Arx Schiltsburg, Nobilium Spatiorum, 1½. mill.

Cœnob. Zwifalten, celeberrimum Ordinis S. Benedicti.

Arx Liechtenſtein, 3. & dimid. mill. de cujus admiranda ſtructura in ſolidis rupibus, deque antro nebuloſo Crus. I. paralip. cap. 12. Pag. 46. videndus.

Urbs TVBINGA, 2 milliar. condita in ripa Nicari, Ducis Wurtembergici: In qua ſpectatu digna ſunt: Templum ſummum, ſive primarium S. Georgii, inque eo Conditoria gentilitia Ducum Wurtenbergicorum. Ædes & Collegia Univerſitatis, cum Bibliotheca ampliſſima. Domus Stipendiariorum: Collegium Principis, ſeu nova ſtructura: Arx ſive Pala-

Palatium, Tubinga excelſa nuncupata & Curia.

Numerantur hinc STVTGARDIAM per viam aſperam & montoſam per Dettenhauſen, Steinebrunn (paulo plus quam dimidia via) & Moringen, 6. integr. horæ: Horbam (oppidum Auſtriacum Hochburgenſe) per Rotenburgum & Weitingen, etiam ſex horæ: Hechingen (oppidum Hohenzollerenſe, infra Caſtrum Hohenzollern) per Tuſslingen, Offterdingen, Bodelshauſen, Sickingen, 4. horæ: Munſingen, per Reuttlingen, amplius 7 horæ pedeſtri itinere, ad Oppidum Kurcheim infra Teccam ſex horæ breves & Baſileam, ad viginti & I. milliar. nempe ad oppidum Hechingen modò dictum, 2 milliar. magnis, Urb. Haigerloch, $1\frac{1}{2}$. mill. etiam Comitis Hohenzollerenſis. Urb. Roſenfeld, $1\frac{1}{2}$. milliar. juxta Teiahm & Hewburg, Ducis Würtenbergici.

Urb. Rottweil, 2. & dimid. mill. Urbs eſt Imperialis, ubi Dicaſterium eſt Imperiale Aulicum. Urb. Villingen, 2. mill. juxta Brigi fluviolum, munita ſatis, & aquis ſalubribus celebris, Domus Auſtriacæ. Urb. Loffing, 2½. mill. etiam habens aquas ſalutares, Comitum Furſtenbergenſium. Cœnob. S. Blaſii, 2 vel 2. & dimid. mill. in Silva nigra, eſtque Abbatia percelebris & opulenta Ordinis Benedictini. Lomat, 2. Urb. Schopfen, in Wiſenthal, Marchionis Badenſis, ad Dynaſtiam Rotelenſem ſpectans. Hinc per Mulberg, Brombach, &c. Urb. BASILEAM, 2½. mill. Comes Biſaccioni in ſua Hiſtoria 10 ponit milliaria Villingâ Baſileam, & totidem Schafhuſram. Sed noſtra conſignatio ducit

Urb. HERRENBERG, ad quam per pagos Ieſingen, Boltringen, Reiſten, & Altingen numerantur, 1 mill. magnum, vel tres horæ. Duci Wurtembergico paret, in qua templum pul-

pulcherrimum,& Arx,ſpectatu digna ſunt.

Hinc per pagos, Affſtett, Dakenpfrund,& Stammen, ad

Urb. KALB,mill.1.magn. vel hor. tres. Ducis Wurtenberg. & negotiationibus celebris: Extra cujus portam ſuperiorem, in rotundo Colle ſita eſt arx vetuſta Comitum Kalbenſium, eorumque quondam ſedes, in qua carceres ſunt fœdi & infeſti. Qui Tubingâ vel vicinis locis aliis ad aquas Cellenſes proficiſcuntur, plerunque huc perveniunt. Atque hinc ad Cænobium Hirſaugienſe.

Urb. NEVENBVRG, 2 mill. magnis Kalbâ diſtantem, de qua ſupra Itinere 46.

Urb. DVRLACH, 2 mill. quæ Principis eſt Badenſis, hodieque Illuſtr. Marchionis Badenſis Friderici ſedes Aulica, in qua ſpectatu digna ſunt Templum parochiale, Collegium & Arx.

ITER LII.

Auguſtâ HALAM Suevicam.

Urbs NORDLINGA, 9 mill. de qua ſupr. Itin. XI.

Ur. ELLWANGEN, 3 vel 4.

Ur. GAILDORF, 4. Oppidum Limpurgenſe cum Arce, juxta Cocheram, in quo templum oppidanum ſpectari poteſt.

Urb. HALL, 2 milliar. commun. vel 3. hor. Ut quidam notavit, vulgò 18. mill. Auguſtâ per Norlingam huc uſque numerantur.

Vel ad

Urb. LAVGINGEN, 6 mill. de qua ſupr. Num. 36.

Cœnob. KONIGSBRVNN, 4½. mill. in Valle Brentziana, Wurtenberg. Ducis. Propè eam ſunt fontes Brentzii amnis: Atque hinc Nordlingam tria milliaria numerantur:

2 Gien-

a
i-

A
1-
n.

1-
ia
or
a-
m
s.
o
a
1-
o
e
&

R

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
NAPOLI

Digitized by Google

3

q

I
c
ſ
v
ı
u

q

n
b
F
l:

2 Giengam, & 3 Gemundam Suevicam.

Urb. AALEN, 1 mill. magn. A nonnullis AVLA vocatur & eſt Imperialis civitas, ad Kocheram flumen. Hinc per dictum Gaildorfium, ad

Urb. HALL, 4 mill. magn. Summa 15. & dimid. mill. Atque ſic via hæc compendioſior, quam ſuperior illa, ſiquidem calculus vel ſupputatio propter milliariorum diverſitatem conveniat. Eſt HALA civitas S. Rom. Imperii, in Circulo Suevico ſita, celebris coctura Salis: Inque ea ſpectatu inprimis dignum eſt Templum S. Michaelis in foro, in loco editiore ſtructum, & tabulis ex ære Cyprio intectum; Itemque Sula & Ergaſteria coquendi Salis.

ITER LIII.

Auguſtâ Landſpergam, Inſprugg, Pozen, Tridentum, Venetias, Florentiam, & Romam.

Urbs AVGVSTA. Hinc per Campos Lycios ad

Urb. LANDSBERG, 6 mill. parvis vel ſemi-diei itinere equeſtri, æſtate: quo ſpatio omnes pagos pertranſire poſſis.

Quidam petunt Pag. Hausſtetten, 1. ad Horreum, quod diverſorium & Landſperg, 2. milliar. ſed parvis omnibus.

Eſt Landſperg Urbs Bavariæ, in ripa Lyci condita: Templum habens & domum profeſſam Jeſuitarum, & arcem quoque.

Hinc per Pag. Romakeſſel & alia obſcura quædam loca ad

Urbs SCHONGA vel Schongaw, 4. m,

4. m. Sita eſt in loco editiore, præterlabente inferius Lyco, & ſubjecta Electori Bavar.

Pag. Bavaric. Soya, 2. mill.

Cœnob. ETTAL, 2. & dimid. mill. Epiſcopatus Fruxinenſis, Ordin. Benedictini.

Vic. Partenkirchen, 1½. mill. ad Loiſam fluviolum, dicti Epiſcopatus.

Vic. Mittenwald, 3. etiam Friſingenſis Epiſcopatus.

Pag. Scheidnitz, 1. ad Iſaram ubi ad pontem Bavariæ ſive Epiſcopatus Freyſingenſis terminatur, & Tyrolenſis Comitatus incipit.

Cœnob. Seefeld, 2 milliar. Ordinis S. Auguſtini, ad quod frequentes Religionis ergò peregrinationes inſtituuntur, & juxta quod egregium eſt diverſorium. Hinc per montem Cirle, in

Pagum Cirle, 1 mill. magn. Hinc non procul abeſt paries Martini (vulgò Martinswand:) quo loco in Da-

marum

marum venatu Maximilianus I. in periculum & diſcrimen vitæ ſeſe præcipitavit. Atque porrò in

Urb. INSPRUGG, 2 mill. parvis à Cirle diſſita. Poteſt verò, qui vult, magno viæ compendio huc pervenire, petendo ſcilicet Auguſtâ pagum Ottmarshauſen, 3 hor. Pag. Hurlach, 4 hor. Pag. Loder, 4½. hor. P. Bruck, 1½. hor. Pag. Saummeiſter, ubi copia eſt veredorum, 4 hor. Urb. Fueſſen, 1½. hor. Vic. Reiten, in ipſo Tyrolenſi Principatu, 4 hor. Pag. Naſareit, 4 milliar. Pag. Delfs, 3 milliar. Urbs Inſprugg, 3 mill. Caſpar Auguſtinus in tabula ſua itinerariâ iter hoc ſic diſponit, Pag. Ottmarshauſen, 2. Pag. Hurlach, 2. Pag. Bruck, 2. Pag. Gerartshofen, 2. Pag. Sommeiſter, 2. Urb. Fauces, Fueſsen, 2. Reiti, 2. Imbſt, Vered, 2. Vic. Naſareith, 2. Pag. Betenau, 2. Urb. Inſprugg, 2 milliaria.

Eſt OENIPONS ſive Inſpruck

hoc

hoc tempore Caput Comitatus Archiducalis Tyrolenſis : In qua ſpectatu admodum digna ſunt Templum S. Crucis ſive Franciſcanorum, inque eo monumentum Maximiliani I, Imperatoris, atque id genus ornamenta pulcherrima alia. Item Templum Jeſuitarum & Collegium: Eremus propè Capuccinorum Cœnobium: Templum parochiale : Arx ſeu caſtrum Principale , quod ſedes eſt nunc Princ. Celſiſſimi Illuſtriſſimique Ferdinandi Caroli, Auſtriæ Archiducis,&c. aulica, & quæ huic conjuncta ſunt ædificia alia, horti : Technophylacium, & argenti conditorium : Bibliotheca : Armamentarium: Hippocomium , Leontotrophium : & id genus alia: Cancellaria inſuper aulica, & Conſilii palatium. Extra urbem verò Cœnobium celebratiſſimum Wilthan , ordinis Præmonſtratenſis : prædium Ferdinandi Archiducis : Atque inprimis magnificentiſſima propè ſita Arx , Ambras ſive

ſive Ombras, inque ea plurima ſingulariter mirabilia ſpectatu digna occurrunt.

Vic. Matern, Matran vel Matreun, 3. mill.

Vic. Steinach, ½. mill.

Pag. Gries, 1. mill. Hinc per Brennam montem, quem nonnulli nomine montium Pyrenæorum indigitant.

Urb. STERZINGEN, 2½. mill. Archiducum Oenipontanorum.

Pag. Mauls, 1. mill.

Sack, dimid. mill. Diverſorium eſt ſolitarium.

Beiſſen, 1. mill. Etiam diverſorium ſolitarium.

Urb. BRIXEN, 1½. mill. In hac Epiſcopali urbe, ubi Rientius fluvius cum Eiſaco conjungitur, viſu digna occurrunt: Templum Cathedrale, Arx Epiſcopalis ſive ſedes aulica & alia.

Urb. CLAUSEN vel Chiuſa, 2. milliar. parvis. Condita hæc eſt juxta

flumen Eiſacum, atque in celſo Arx Seben, Epiſcopi Brixenſis, quod quidem reditus attinet: Juriſdictionem verò territorialem habent Auſtriaci ſive Tyrolenſes.

Startz, dimid. mill. magn. Diverſorium eſt ſolitarium.

Colman. dimid. mill. Eſt domus vectigalis Principalis, egregiè conſtructa.

Urb. Polzanum, vulgò Potzen vel Botzen, 3 mill. in Oſtio Eiſaci in Atheſin, pertinens ad Juriſdictionem Oenipontanam Archiducalem: Celebris propter quatuor diſtinctos annuos mercatus, quorum primus habetur proximâ Lunæ poſt Oculi; Secundus, primo die operario poſt feſtum Corporis Chriſti: Tertius 8. Septembr. ſtylo novo; Quartus proximâ poſt Andreæ; durantibus ſingulis dies quindecim. Sunt hic ſpectatu digna, Templum parochiale, Templum S. Joannis, Cœnobia Dominicanorum, Franciſcanorum, & Capucci-

puccinorum, domus Equitum Ord. S. Joannis, atque ædificia nonnulla publica.

Pag. Franſuole, 2½. mill.

Vic. Neuemarckt, 1½. mill. Propè hunc Vicum optimè conſtructum arx eſt in monte ſita, Dn. Comitum Trautſamiorum.

Pag. Salurn. 1.

Cœnob. & Pag. S. Michael. 1.

Urb. TRIDENTUM, Trient, 2. In hac Epiſcopali Tyrolenſis Comitatus civitate, viſu digna ſunt, Templum primarium ſeu cathedrale, D. Vigilio Sacrum: In quo monſtratur Simon, unus ex Innocentibus infantibus: Templum S. Mariæ majoris, in quo Concilium habitum fuit: Templum parochiale S. Mariæ Magdalenæ: Collegium Jeſuitarum, & Arx magna Epiſcopalis.

Hinc per celſum, longum, & periculoſum aſcenſum, in

Pag. Perzene, 1. mill. magnum.

P. Levego, Levegno vel Leving, 1. mill.

Vic.

Vic. Burgo vel Burgum, ad 2. fermè milliar. Germanica. Vicus eſt pulcrè ſtructus Archiducalis Tyrolenſis, juxta Brentam fluvium in Valle Sugana, arcem habens.

P. Grino vel Grigno, vulgò Grimm, 2 mill. Germ. in Comitatu Tyrolenſi.

Primolano, 5 Italica, vel 1 milliar. German. ditionis Venetæ.

Caſtrum KOBEL, Kobolt, Kofel, Chiuſa vel Cavolo, ſpatio unius horæ equitando contingendum. Eſt hoc Caſtrum in rupibus exciſum, quod infernè Brentâ alluitur, inſignis tranſitus ſeu fauces, imperio domus Auſtriacæ ſubjectum.

Pag. Ciſmon vel Ciſimont, 2. mill. Ital. Hic locus & ſequentes reliqui omnes ad Rempubl. Venetam ſpectant.

Pag. Carpenedo vel Carpenè, milliar. Germ. Qui Baſſanum petunt, huc non perveniunt.

Vic.

Vib. Caſtel Franco, 18. Italica, 3 & dimid. German. conſtituentia, ad flumen Muſon, caſtellum habens.

Urb. TREVISO, Trevigi, Tarviſium magnum, 3. mill. Germ.

Urb. MESTRES, 3 German. vel 10. Italica milliar. Locus eſt patens & apertus.

Urb. VENETIÆ, 7 mill. Ital. quæ aquis conficiuntur.

Lizzafuſina, Locus obſcurus, quibuſdam ædificiis conſtans: ubi paludes marinæ incipiunt.

P. Dolo, media via inter Venetias & Patavium: in quo, qui navi vehuntur, plerunque prandere ſolent, 1½. mill. German.

Urbs PATAVIUM, 2 & dimid. Summa, 5 mill. German. parva, quibus tamen fermè diem integrum, flumine qui vehuntur, conſumunt. Terrâ a. qui iter faciunt, à Lizzafuſina tantùm dimidii diei, vel 20 Italicarum menſuram notant.

P. Conſelva, 11 mill. Italica.

Vrb.

Vrb. ROVIGO. 14. mill. Venetorum propria.

P. Francolino 15. pertinet ad Ducatum Ferrarienſem, atque ita Pontificem Romanum. Conditus eſt in ſinu PO vel Padi fluminis, quod Venetos à Pontifice diſterminat.

Vrb. FERRARA, vel Ferraria 5. Summa 45. mill. Italica, quæ conſtituunt 9. German. Patavio huc uſque terrâ iter facientibus. Multi verò malunt navi vehi Venetiis Ferrariam, 80. milliar. Italicis, quæ unius diei & noctis ſpatio confici queunt, nempe 25. Chiozza, atque hinc 55. Ferrariam.

Vrb. BOLOGNA, vel Bononia. 30000. paſſ. vel milliar. Italica, via profunda & lutoſa, quâ nullæ vel urbes vel pagi viſuntur, uno ſaltem & paupere diverſorio in medio ejus occurrente: quod alla Scala appellatur, & 15. Italicis, vel 3. Germanicis milliaribus Ferrarâ & Bolognâ diſtat. Quidam verò diverticulo & ambagi-

bus uſi, alia loca petunt, præſertim pluviis cadentibus: multi autem Ferrariæ ſeſe Reno flumini committunt, quo ſecundo, ſpatio noctis unius & dimidiati diei Bolognam contingere poſſunt.

Hinc per Apenninum iter eſt, montem Italiam quaſi ſecantem, venitur ad

Pianora, qui pagus diverſoriorum refertus eſt. 8. vel. 10. milliar. Italicis.

Pag. Loiano, in aſperis montibus ſitus. 8. Scarica L'aſino. 4. obſcurus pagus in montibus.

Pag. Pietra mala. 6. ibi Apenninus excelſus eſt.

Urbs FIORENZOLA. 4. vel 14000. paſſus à Loiano diſtans. Subjecta magno Duci Hetruriæ, ut & pagus dictus Pietra mala: ante quem non procul Sacrario, limites ſunt & termini Bononienſis ſive Pontificiæ, & Florentinæ ditionis.

A dicto oppido Fiorenzola per excelſum montem ad

Urb.

Vrb. SCARPARIAM, benè munitam, Florentinam. 10. mill. Italica vel 4. horis.

Hinc per dicta montana, quæ paulatim declivia redduntur.

FLORENTIAM. 14. mill. vel 6. hor. Summa 56. vel 54. milliar. Italica, Bononiâ huc uſque. Alii aliter numerant; dicente Schotto, utramque urbem 50. milliar. à ſeſe mutuò abeſſe: ad quod ſpatium emetiendum biduum requiratur.

Urb. S. Caſciani. 8. mill. Ital.

Urb. Tavernelle. 8.

Urb. Poggibonzi. 4.

Ur. Staggia. 4.

Urbs SIENA, vel Sena. 6. quæ 30. mill. æſtivo tempore, equo vectus uno die (quanquam citatiore greſſu) conficere poteſt.

Vr. Lucignano. 6.

Vic. Buonconvento. 5. in quo Heinrico VII. Imperatori, venenum, ut quidam volunt, propinatum fuit.

Pag. Thornieri. 7. mill.

Vic. S. Quirico. 3. mill.

Arx & Pag. Radicofani. 13. hîc magni Ducis Hetruriæ & Pontificis territorium diſterminantur; finiſque eſt viarum benè ſtratarum & munitarum. Pagus verò dictus paret Duci Hetruriæ.

Vic. Ponte Centino. 8. quidam 11. ponunt.

Ur. AQVAPENDENTE. 4. Hic viæ incipiunt ſeſe commodiores & faciliores pandere.

Vic. S. Lorenzo. 3. vel 4. Quidam 5. mill. numerat.

Urb. BOLSENA, Bolſeno, Bolzena. 2. vel 3. Quidam ab Aquapendente huc uſque 8. quidam mill. 9. numerant.

Urb. MONTE FIASCONE. 7. Locus vino Muſcatellino generoſiſſimo nobiliſſimóque, cujus ille ferax eſt, celeberrimus.

Urb. VITERBO. 8. mill. Caput eſt regionis S. Petri Patrimonii, ſubjecta,

jecta,ut reliqua loca omnia à Radicofani, Pontifici Romano.

Hinc per montem Ciminum,aſcenſu deſcenſuque admodum arduum & difficilem.

Ur.Ronciglione. 10. mill.

Vic.Monte Roſe. 7.

Vic. Baccano 6. Quidam 8. numerat mill.

Urbs ROMA. 12. mill. Italica. Cluverius numerat paſſus 15000. à Baccano huc uſque. Vulgò 5. dierum iter Florentiâ Romam notatur, quod citra moleſtiam & difficultatem confici poteſt.

ITER LIV.

AVGVſtâ Villacum Carinthiæ, & Labacum Carniæ: item Villaco Venetias.

Urbs SALISBURGUM. vide ſuprà iter huc uſque in itinere IX.

Hinc Mauterdorf trans Taurum Raſtattenſem. Et porrò

Vic. vel pagum. S. Michael. 1. mill. ſitus hic eſt ad radices montis Cattarii (am Kazenberg) & in ditione Salisburgenſi. Hinc per dictum montem, à quibuſdam Kaetſchberg dictum (in cujus vertice termini eſſe dicuntur Salisburgenſis & Carinthiaci territorii.)

Pag. Reinbach, à quodam Reinbeck dictum. 1. milliar. ſitum in altero latere montis Cattarii, ad

Vrb. GEMVNDAM. 2. mill. Hæc in Ducatu Carinthiæ ſita urbs, juxta quam flumen Malentein in Lyſeram ſeſe exonerat, ante hac Reitenavienſium fuit: anno verò 1639. ut referunt, emtionis jure ad Comitem Lodronium pervenit.

Vic. Spital. 2. mill. ad Dravum ſitus, arcem habet: ſubjectus antehac Comitibus Ortenburgenſibus: qui verò, à Domino Gabriele Salaman-

ca orti, omnes nunc diem ſuum obierunt: Forſitan nunc Domino Widemnano Veneto, Comitem ſeſe ab Ortenburg vocanti, paret.

Vic. S. Paternion juxta Dravum. 2. milliar. Nunc itidem Domini Widemanni, vel novi Comitis Ortenburgenſis: ante hac DD. Kevenhulerorum.

Urb. VILLACUM, Villach. 2. mill. etiam ſitam ad Dravum & Epiſcopi Bambergenſis: in qua frequentes ſunt in Italiam negotiationes.

Hinc Wolfgangus Lazius, per montem Kappelbergenſem Labacum Carniæ, tantùm 7. milliaria numerat. Alii vero per urbem Crainburg in Carnia ſuperiore juxta Savum ſitam (in qua templa quædam cum arce luſtrari poſſunt) Labaco Villacum uſque duodecim milliaria numerant. Quidam Villaco, in pagum Lengfeld ad Savum unum m. Crainburgum. 3. & dimid.

Pag. Kaltenbrunn. 3. & Labacum. 1. Summa 11½. milliaria Germanica numerant. A dicta urbe Laybach, vel Laubach, quæ Caput eſt Cariniæ, infra in alio itinere plura dicentur.

Qui verò ex dicta urbe Villach porro Venetias petituri ſunt, veniunt

In pag. & Cœnob. Arnoldſtein. 2. mill. Hoc Cœnobium in pulcro & amœno colle ſitum, Ordinis eſt Benedictini & Bambergenſis Epiſcopi.

Vic. Terle. 1.

Vic. Tervis minor. 1. mill. Quidam 2. habet mill. etiam Epiſcopi Bambergenſis, in quo ſunt officinæ ferrariæ.

Vic. Mal Borgetto, vel Malburget 1. mill. etiam Epiſc. Bambergenſis, præfecturam habet.

Vic. Pont à Fella vulgo Pontafel dictum 1. vel 1½. milliar. Vicus eſt elegans, in quo & Italicæ & Germanicæ Linguæ mutuum eſt commercium. In medio Pontis, quo Fella flumen jungitur, terminus eſt territorii Bam-

ber-

bergenſis ſive Carinthiaci, & Venetorum incipit, quorum etiam eſt dictus ille vicus Pontafel.

Vic. Clauſen vel Chiuſa. 1. mill. magn.

Urbem VENZONE. vel Beiſcheldorf. 3. mill. Germanica parva. Sita hæc eſt ad flumen Taiamento vel Tilavempto: in cujus ambitu, ut quidam putat, Veterum NOREIA ſita fuit.

Urb. GEMONA, Olim Glemona, 1. milliar.

Urbs S. DANIEL. 1½. mill. ſita in Foro Julii, in amœno colle, paretque Patriarchæ Aquilegienſi.

Urbs PORTO, vel, porto Gruar. 4. mill. Limetto flumen hic ſeſe in Lemenem exonerat, quo navibus pervenitur

Concordiam dimid. mill. German. Fuit olim Urbs celeberrima, nunc verò locus ſolitudine penè damnatus.

Hinc ad

Urb. CAORLE. 4. milliar. Hinc flumine 9. mill. Germanica Venetias uſque numerantur. Venetorum agnoſcit imperium, ubi in templo Parochiali hydria lapidea monſtratur.

Quidam à ſupradicta Vrbe Venzone iter capiunt per S. Daniel ad urb. Valvaſon, etiam in foro Julii & territorio Veneto ſitam. 24. milliar. Italica. Hinc Motta, vel La Motta, (loco perpulcro & amœno, ædibus elegantibus ſtructo, in Marca Tarviſina, juxta flumen Livenza, cujus aquæ mœnia Urbis alluunt) 24. mill. Italica; porrò Foſchetta, diverſorium olim ſolitarium. 15. milliar. à quo Venetias uſque 15. milliar. Italicis, navibus pervenitur.

* *
*

ITER LV.

Auguſtâ TERGESTVM, (*Trieſt.*)

Urbs occurrit GEMONA: cujus loci, quò Villaco pervenitur, ſuprà in præced. Itinere mentio facta eſt.

Hinc

Urb. WEYDEN, quam Itali UDINE, Latini *Vtinum* vocant. 3. vel 3. & dimid. milliar. German. Caput eſt Fori Iulii, Imperio Venetorum ſubjecta.

Urb. PALMA. 3. mill. German. Quidam 8. mill. Italica numerat. Nova hæc eſt atque pulcherrima Venetorum Urbs, optimè munita, in Foro Iulii, ſtructa figura orbica ſeu circulari anno 1593. Propugnacula habet novem, & portas tres, cum ædificiis & area ſpatioſa & ampla.

AQUILEIA, Aquilegia vel Aglarn,

1. & dimid. milliar. Germ. Eſt locus exiguus & inſalubris, ædificiis paucis & obſcuris, in quo præter religioſos quoſdam, ferè nemo alius, præter piſcatores, habitat. Habet equidem domus Auſtriaca, cui hæc urbs quondam celeberrima paret, Capitaneum in ea: Sed de Patriarchatu inter ſeſe contendunt Auſtriaci & Veneti: verſaturque Patriarcha hoc tempore Venetiis.

Arx Tybein. ad 2. & dimid. mill. Germ. maritima, in finib. Fori Iulii & Karſtii, Domui Auſtriacæ ſubjecta. Sunt ab ea non procul Vicus S. Ioannis, & thermæ celeberrimæ.

Arx Duino, Duinum. dimid. mill. parvo, in dicto mont e, loco prærupto, admodum probè munita, opulenta & celebris.

S. Paul dimid. mill. magn. Germ. Dubio procul.

Vic. Proſeck. 1. mill. Germ. Maritimus eſt, vocaturque Golfo di Trieſte, Domui Auſtriacæ ſubjectus, & cele-

celebris nomine famaque nobiliſſimi vini, quo valdè delectata fuit Livia, Auguſti Imperatoris Conjux, ejuſque uſura vitam in multos annos produxit.

Urb. TERGESTVM, Trieſt ½. mill. magn. Germ. Auſtriaca & hæc eſt, pertinens ad Iuriſdictionem Grazenſem interiorem: Sita in littore maris Adriatici, nobilitata maximo reditu ſalis, quod hic excoquitur: ut & proventu vini generoſiſſimi. Commoda hic etiam eſt navigatio, qua facilè Venetias perveniri poteſt.

Et hæc quidem itinera ſunt 55. Auguſtâ in loca & regiones Orientis, Septentrionis, Occidentis, & Meridiei, quæ hoc libello deſcripta ſunt: quibus ſequentia aliis ex locis in uſum & commodum peregrinantium adjungemus.

ITER LVI.

Baſileâ CVRIAM Rhætorum.

Vrbs BASILEA.

Vrb. RHEINFELDEN. 2. mill.

Vrbs SAECKHINGEN. 2.

Vrb. LAVFFENBERG. 2. mill. Germ. de qua ſuprà Itiner. XLVII.

Vrb. BADEN Helvetiæ. 3. mill. de qua ſupra. Itin. 49. Quidam 6. tantùm aut 7. mill. ſed abſque dubio magna & Helvetica, Baſileâ Badam.

Vr. TIGVRVM. Zurch. 3. milliar. vid. ſupr. N. 50.

Vr. RAPERSWEIL. 3. mill. ſita eſt intra Lacum Tigurinum ſuperiorem & inferiorem, ſpectans ad 4. p. Helvetiæ, Vri, Schwiz, Vnderwalden, & Glaris.

Vic. Weſen. 3. mill. vid. ſupr. Iter 48.

Vrb. WALLENSTAT. 3. in ſuper. parte Lacus Wallenſis, pertinens



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI



nens ad Dynaſtiam Sargans, ſeptimum & antiquiſſimum Helvetiæ locum.

Urb. SARGANS vel Sarunegans vel Sarngans. 1. & dimid. vel 2. milliar. arcem habet & conjuncta eſt ſeptem antiquiſſimis Helvetiæ locis.

Pag. Ragaz. 1. mill. parvum.

Urbs CURIA. 1. dimid. vel 2. milliar. Vulgò 4. Helvetica, vel 5. Germanica milliaria à Wallenſtatt hucuſque numerantur. Caput hæc eſt Rhætorum, ſuum proprium habens Epiſcopum. Abeſt à Brigantio 16. horas, pedeſtri itinere, & 10. horas vel 4. milliar. à Feldkurch, juxta flumen Pleſur: in qua templum Cathedrale, S. Martini & S. Regulæ templa; Cœnobium Dominicanorum, Arx cum Curia & domo mercatoria, digna ſunt, quæ ſpectentur.

ITER LVII.

Baſileâ Lingonem Campaniæ.

Urbs MULHAUSEN. 3.mill.magna. Sita eſt in Sundgoia, ad fluvium Illum, eſtque urbs Imperii Romani antiqua, jam autem fœdere Helvetiis conjuncta.

Ur. THANN. 2.milliar. magn. Vulgò Baſilea huc uſque 6. milliar. vel iter unius diei numeratur. Sita eſt in Comitatu Pfirtenſi & in Sundgoia, juxta Thuram flumen: arx appellatur Engelburg, prope quam nobile illud vinum Ranganum provenit. In hac urbe ſpectatu digna ſunt templum S. Diepoldi. Olim ſubjecta fuit Archiducibus Auſtriæ., nunc in poteſtatem venit Regis Galliarum: cujus gubernator nunc eſt Dn. Joan. Chriſtophorus à Grun in Bottmingen, &c. nobilis ſuperioris Palatinat.

Urbs

Vrbs & Arx BEFFORT, in Sundgoia, Comitatui Pfirtenſi adjuncta, jam Gallica. 4. mill.

Ur. & Arx ERICOVRT, Hericourt, 5. Milliar. Comitatui Montisbeligardenſi Wurtembergico annexa.

Arx & Vicus Granges, 1. & dimid. milliar. Sub Iuriſdictione Burgundiæ Comitatus ſed hodie Principis Wurtem bergici Montpelgardenſis.

Urb. MONTIVSTIN. 3. in dicto Comitatu Burgundiæ ſuperioris.

Ur. CHAREY. vel Charriæ. 1.

Scey. 1.

Bourgnignon 3. mill. magn. quæ tria loca etiam Comitatui Burgundico ſuperiori adnumerantur.

Urb. LANGRES. 4. milliar. 9. milliar. German. à Veſoul, in finibus Champaniæ, & dicti Comitatus, in monte quodam excelſo & rotundo. Epiſcopus hujus loci appellatur Epiſcopus Lingonenſis, eſtque in numero Parium Franciæ. Templum primarium hujus urbis, eſt S. Mammei,

mei, exiſtimaturque unum ex magnificentiſſimis pulcherrimiſque totius Galliæ templis.

ITER LVIII.

Baſileâ ad Alpes ſummas (Gotthartsberg) & per eas Bellizonam ITALIAE.

Urb. LIECHTSTAL. 2. hor. in Sisgoia, ſubjecta Civitati Baſilienſi: quam tranſire oportet omnes, qui vel Mediolanum Italiæ, vel Lugdunum Galliæ petituri ſunt.

Urbs ZOFINGEN. 3. mill. magna: Uid. ſuprà Iter 49.

Urbs WILLISAW. 2. milliar. in Ergovia ad Wigeram flumen, ditionis Lucernenſis.

Urb. LUCERNA. 2. & dimid. mill. de qua Num. 50. Hicnavi conſcensâ pervenitur per Lacum Lucernenſem ad

Vic-

Vic. Altorf. 4.

Vic. Hoſpital. 2. magn. vel 3. mill. communia, in regiuncula Vrienſi, ad radices Alpium: de quo utroque loco ſupra. N. 48.

Hinc per dictas Alpes ſummas (den Gotthartsberg) in

Pag. Fait vel Faido, ſito in altero montis latere, adeoque in ipſa Italia 3. milliar. Germ. parvis.

Vrbs BELLENZ, vel Bellizona, Belinzona, Belitionum. 1. & dimid. mill. ad flumen Ticinum vel Teſino: probè munita, & cum regiuncula, tribus civitatibus Helveticis, Vri, Suiz & Underwalden, ſubjecta.

Hinc pervenitur ad pontem fluminis Treſſiæ, ubi Terminus eſt Helvetiorum, & porrò per Vereſio, Tradate, & Serona, Mediolanum.

Refert quidam ſeſe Mediolano 24. milliar. Italicis Comum, inde 8. per Alpes uſque ad lacum Luganum: hinc 8. per Lacum Luganum: porrò 15. m.

Ita-

Italica Bellizonam : poſtero die hinc uſque ad Alpes : poſtridie per Alpes (Gotthartsberg) Hoſpitale : ſeq. die 3. milliar. German. Altorfium: Hinc milliari uno Germanico trans Lacum, Brunnam : altera die Tugium, 2. illinc ad Bremgarten, 2. atque ſic Baſileam, per Mellingen & Brugg. 4. mill. Helveticis iter feciſſe.

ITER LIX.

Baſileâ GENEVAM.

Urbs LIECHTSTALL. 2. hor. de qua in Itinere præcedente.

Urbs WALLENBURG. 3. hor. Sita juxta Ergezium flumen, ſubjecta, unà cum Arce in rupe duriſſima celſiſſimaque, Baſilienſibus.

Hinc per altiſſimum montem, Havenſtein, dictum, ad

Pag. Ballſtall. 2. & dimid. hor. Solodurenſium.

Claus. $\frac{1}{4}$. hor. ubi Arx eſt muniriſſima

ſima ad cuſtodiendas fauces illas, etiam Solodurenſium.

Urb. WIETLISPACH. 1 $\frac{1}{4}$. hor. Sita eſt in veteri Landgraviatu Buchsgoviæ, Bernatibus ſubjecta.

Urbs SOLODVRVM. 1. & dimid. hor. Sita eſt juxta Aarã & Emmatium, flumina, atque ordine undecima eſt inter tredecim Urbes primarias Helvetiæ; urbs antiquiſſima & vetuſtate quidem proxima à Treviris, in Germania & Gallia, in qua templum ſummum S. Vrſi: turris quædam vetuſtiſſima, Curia, & Armamentarium; quæ ſpectare juvabit.

Hinc per Oppidulum Buren. 2. vel 2. & dimid. mill. Helvetic. Bernenſium.

Urb. MVRTEN, vel Morat. 1. & dimid. mill. Helvet. Et hæc quidem via eſt proxima.

Qui verò plurium locorum & rerum cognoſcendarum deſiderio tenentur, Soloduro ad pag. & Cœnobium Frawenbrunn perveniunt, Ber-

Bernatibus conjunctum.3. hor. Hinc Bernam, etiam 3. hor. porrò Friburgum Nantuatium (quod decimum eſt inter 13 civitates præcipuas Helvetiæ ad flumen Sanam conditum) in quo viſu digna ſunt, Collegium Jeſuitarum: templum Collegiatum Deiparæ Virginis, & S. Nicolai, Cœnobia item quædam cum Curia. 6. horis, itinere equeſtri, atque tandem ad dictum Murten. 4. hor. de quo poſtremo & aliis locis, uſque Lauſannam & Genevam, ſuprà Itin. 49. actum fuit.

ITER LX.

Berlino ROSTOCHIUM.

Vrbs SPANDAW. 2.
Pag. Veltem. 3.
Kremmen. 2½. milliar.
Vr. FERBELLIN. 3. mill. Quidam recto itinere tantum 6. Spandavio huc uſque numerat.

Vr-

Ur. RAPIN vel Rupin. 2. Caput hæc eſt Comitatus hujus nominis, Electori Brandeburgenſi ſubjecti.

Ur. WITSTOCK. 4. Numerantur vulgò 12. tantùm milliar. Berlino, huc uſque, etiam D. Electoris Brandeburgici.

Freyenſtein. vel Frienſtein 2. mill.

Urb. PLAVEN. 2. vel 3. mill.

Ur. GUSTROW. 5. vel 6.

Urbs ROSTOCHIVM. 4.

ITER LXI.

Berlino DRESDAM.

Urbs BELITIUM, Beliz. 6. Vrb. Juterbock. 3. Urb. Schweiniz, ad Eliſtrum nigrum, Electoris Saxonici. 2. Arx Anneburgum in ſilva (olim Lochaw dicta, etiam Electoris Saxonici) 1. Urb. Mulbergum ad Albim. 4. Urb. Hayn vel Groſſen-Haan. 4. Vrbs Dreſda. 3. mill.

Qui-

Quidam iter convertunt ad Urb. Mittenwald. Pag. Barth. Pag. Drebes. P. Grunow. Urb. Groſſen Haan. Urb. Dreſdam.

ITER LXII.

Berlino STRALESVNDAM.

Urbs BERNAW. 3. milliar.

Pag. Schonbeck, in ſilva ſitus. 3. mill.

Ur. TEMPLIN. 2. & dimid. mill. Eſt juxta hoc oppidulum Marchicum. Dolgen, lacus ille ingens, ejus longitudo eſt fermè unius milliaris.

Feldberg. in finibus Marchicis, ſed in Marchionatu Brandeburgenſi ipſo. 2. & dimid. mill.

Ur. STARGARD. 3. & dimid. milliar. in Megapolitano Ducatu.

Ur. NEVBRANDENBVRG. 2. etiam Ducis Megapolitani.

Ur. TREPTAV, juxta Lacum Tollen-

Tollenſem in Pomerania. 2. & dimid.mill.

Ur. DEMMIN. 5. mill. celebris Pomeraniæ civitas, juxta Poenem, Lacum Tollenſem, & Trebelam, ubi arx eſt probè munita.

Ur. GRIMMEN. 3½. mill. Perantiqua Pomeraniæ civitas.

Urbs STRALESUNDA. 4.mill. de qua alio loco hujus libelli.

ITER LXIII.

Berlino MAGDEBURGUM.

Urbs SPANDAW. 2. mill.

Vic. Weſtermarck. 2.

Pag. Tremmen. 1. Olaus Joannis 4.milliar. à Spandau huc uſque notat: ſed 3. tantùm ſunt. Eſtque dimidia hic via inter Spandau & Brandenburg.

Ur. BRANDEBURGUM vetus, 3.milliar.

Urbs ZIEGESER, Marchica. 3. mill.

Vic. Hohenzegats, ut tabulæ Chorographicæ nuncupant. 1. milliar. Hulſius per Grunewald. 3. mill. ponit.

Vic. Zypel. 5. & dimid. Hulſius 2. & dimid. tantùm notat.

Ur. MAGDEBVRG. 2. & dimid. Hulſius tantùm 1. & dimid. Quidam 10. alii 11. nonnulli 12. milliar. Brandeburgo Magdeburgum numerant.

ITER LXIV.

Bernâ Helvetiæ VLMAM & NORIBERGAM.

Hac via atque itinere utuntur, qui Lugduno Gallorum Noribergam proficiſcuntur, id quod ſuprà, à nobili ſcilicet illo Emporio Bernam uſque Num. 48. deſcriptum eſt. Hinc porrò perveniendum eſt, ad

Vrb.

Vrb. BVRGDORF. 1. milliar. magn. de qua ibidem.

Urb. ARBVRG. 3. milliar. ad flumen Aaram, in latere Argoviæ: Arcem habet in monte ſitam, eſtque Præfecturæ Bernenſis.

Vrb. ARAW, Arevium. 1. mill. magn. Libera civitas eſt, ſub patrocinio & tutela Bernatium, in dextro latere fluminis Aaræ, arcem habens.

Urb. LENZBVRG. 1. mill. magn. condita eſt in ripa Aaræ fluminis, imperio Bernenſium ſubjecta, habetque Arcem Principalem in rupe celſiſſima ſtructam.

Urb. MELLINGEN. 1. de qua Num. 46.

Urb. BADEN. 1. ibid.

Urb. KEYSERSTVL. 1. & dimid. infra Oſtium Glatæ fluminis, in Rhenum ſeſe exonerantis, Epiſcopo Conſtantienſi ſubjecta. Iuriſdictionem verò territorialem Helvetii, ad præfecturam Badenſem ſibi vendicant.

Ur. SCHAFHAVSEN. 2. mill.

Urb. DIESSENHOFEN. 1.

Ur. STEIN. 1.

Ur. STECKBORN. 2.

Ur. CONSTANTIA 2. Hinc trans Lacum Bodamicum ſeu Bodmicum ad

Ur. MORSPVRG. 1.

Ur. BVCHHORN. Quidam Marſpurgo ad Marchdorf. 2. atque hinc Ravenſpurgum uſque 3. mill. ponunt.


Ur. RAVENSPVRG. 2. de quibus octo urbibus vide Iter 49.

Cœnob. Weingarten, uno mill. parvo dimidio, vel ¾. hor. Prope hoc celeberrimum Ordinis S. Benedicti Cœnobium, conſtructus eſt famoſiſſimus ille Vicus Auſtriacus, ALTDORF. ubi Iudicium eſt ſeu Dicaſterium Provinciale,

Urb. VVALDSEE. 1. ½. vel 2. mill. Ravenſpurgo, Domui Auſtriacæ ſubjecta; ſed DD. Dapiferi à VValdpurg VVolfeck in opidulo domum habent Præfecti, atque extra illud

Arcem

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE" NAPOLI



m
nt.
u-

2.
en
nt
be
n-
A-
ii-
ra
ite
m
ii,

es,

er
ll.
e-
uli
ii

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI



Arcem ejuſdem nominis, quo etiam titulo atque appellatione gaudent. Habet etiam Oppidum Præpoſituram.

Urb. BIBERACVM, Bibrach. 2. mill. Imperialis, juxta Ruſſam flumen condita, à qua non procul Aquæ ſunt ſalubres, Iordanis, dictæ; in Urbe verò eſt Xenodochium ſeu Gerontocomium celebratiſſimum, jure Aſyli in cædibus ſeu homicidiis fortuitis munitum, quo percuſſores intra illud & paſſus aliquot, impunitate gaudent. Spectatu quoque dignum eſt templum parochiale S. Martini, celſiſſima turri conſtructum.

Pag. Baldringen. 1. mill.

Vic Laupheim. ubi duæ ſunt arces, nobilium à Welden.

Pag. & Arx Achſtetten. ½. mill.

Pag. & Arx Delmeſingen ½. mill.

Pag. Goecklingen, juxta quem per pontem Danub. tranſitus eſt. ½. mill.

Urb. ULMA. ½. milliar. In hac celeberrima Imperii Romani, & Circuli

Suevici urbe, in qua conventus civitatum Suevicarum inſtitui & haberi ſolent, viſu digna ſunt, Templum ſummum: Templum S.S. Trinitatis: Cœnobium Franciſcanorum, inque eo Auditoria & Muſea Gymnaſii celeberrimi: Xenodochium: Cœnobium S. Michaelis, vulgò Wengenſe dictum: Domus. vulgò Teutonica: Congregatio Virginum Deo ſacratarum: Ludus literarius Germanicus & præcipuus: diverſæ Bibliothecæ: Orphanotrophium: Curia: novum ædificium vel ſitophylacium: nova ſtructura in foro vinario, in quo Comitia conſularia haberi ſolent: Theatrum, in quo Exercitia Scenica exhibentur: Armamentarium: Prytaneum: Granarium: Molæ aſinariæ vel equariæ: domus mercatoria: horti pulcri & amœni: technophylacium D. Ioſephi Furtenbachii, ejuſque domicilium & hortus cum Hydrotechne, &c.

Pag. Naw, vel Langenaw. 2. milliar, de quo N. 5.

Urb.



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI

Vrb. GIENGA.2. milliar. Imperialis civitas ad Brenzium amnem: in qua tamẽ, quoniam 5.15. Septemb. anno 1634. tota, exceptis quatuor exiguis ædibus, conflagravit, pauca viſu digna occurrunt. Extra urbem, ante portam Memmingenſem aquæ ſunt ſalubres.

Arx & Pagus Diſchingen. 2.

Vrb. NORDLINGA.2. milliar. In hac S.R. Imperii urbe, quæ 11. Decembr. ſtyl. vet. anni 1647. maximam ex incendio cladem paſſa eſt, præcipuè viſu dignum eſt templum primarium & parochiale, inſigni turri conſpicuum: Curia item, & domus mercatoria: Diæta item Civium.

Vrb. OETTINGA.2. mill. de qua ſupra N.23. Cui in hac nihil eſt, quod agat, relicta ea à latere, perget ad

Pag. Oſten. 1½. milliar.

Vrbs GUNZENHAUSEN. 1. & dimid. milliar. ſita eſt juxta Altmulam flumen, ad ſilvam, milliari uno Weiſſenburgo Nordgoviæ, ſubjecta

Principi Brandeburgico Anſpacenſi.

Pag. Ehrling. (aliter Erlbach.) 1. mill. Hinc per Waſſermonheim ad

Urb. SCHWABACH. 3. mill. in ripa fluminis ejuſdem nominis præfecturam habens, quæ ad Principem Brandeburgicum & gubernationem Onoldinam ſeu Anſpacenſem ſpectat. Una eſt quatuor ſummarum præfecturarum Burggraviatus Noribergenſis.

Hinc per vicum Mulhofen, ad

Urb. NORIBERGAM. 2. milliar. In hac S. Romani Imperii celeberrima Urbe, imprimis, ut ſpectentur, digna ſunt, Templum S. Sebaldi: S. Laurentii: Virginis Deiparæ: S. Egidii, & alia: item Bibliotheca Reipubl. in Cœnobio Dominicanorum: Arx ſeu caſtrum Imperiale: Curia: Armamentarium: Prytaneum: Granaria: Theatrum novum: pons macelli quo Pegniſus flumen jungitur: Macellum ipſum, ejuſque ſignum characteriſticum, bos nimirum ex ſolido

do lapide ſculptus: fons pulcherrimus in foro ſenatorio: ſeptem pharmacopolia: horti complures amœniſſimi, reſque aliæ, cùm à Natura, tùm ab arte hominum profectæ, admirandæ & raræ.

ITER LXV.

Bolzenâ (Botzen) Tyrolis, Pettaviam, (Pettavv) Styriæ.

Hoc itinere etiam Veteres uſi ſunt: quanquam loca tum temporis pleraque aliis appellationibus notata, multa quoque non ſic culta fuerunt. Hoc verò itinere ex Botzen, vel Potzen: de qua ſupra 53. occurrit

BRIXIA. 6. mill. de qua, & via huc ducente, ibidem.

Pag. Mulbach. 2. mill.

Urbs & Arx Brauneck vel Bruneckh. 2. mill. Comitatus Tyrolenſis, juxta Ryeneziium flumen, ſpectatque

unà cum arce ad Epiſcopum Brixienſem. Quidam viam Brixiâ Mulbachium uno tantum milliar. tranſeundo notat, ad Vicum Ehrenburg. 2. mill. Vic. Branich ad Aicham. 1. mill. magno. & Brauneckum 3. milliar. atq; hac ratione. 6. mill. Alius verò quidam & diſtincta Itineraria, non plura quàm 4. mill. Brixiâ huc uſque numerat.

Arx & Vic. Doblach vel Toblach, etiam ad dictum flumen Ryeneczium ſitus, 3. mill. à Brauneck.

Hinc per celſa montium juga

Vic. Innichen. 2. mill. Latinè hic locus Aguntum vocatur, ſitus eſt in Comitatu Tyrolenſi ad Dravum, cujus fontes proximè eum exoriuntur.

Ur. & Arx LIENZ vel Loncium. 4. mill. juxta Dravum, ubi Iſola in eum ſeſe exonerat, in Comitatu Tyrolenſi, in qua Cœnobium Carmelitarum ſpectatu dignum eſt.

Vic. Ober-Draaburg, ad Dravum, 2. mill.

2.mill.in finibus Comitatus Tyrolenſis,ſed in ipſa Carinthia.

Vie.Greiffenberg.2. mill.parva.

Vic.Steinfeld. 1. mill. Quidam Loinco huc uſque 4. mill. tantum numerant.

Vic. Sachſenburg.vulgò Saxenen, à quibuſdam Sachſenheim & Sachſenfeld,ſed ineptè appellatus. 2.mill. Situs eſt cum tribus arcibus in Carinthia ſuperiore, Epiſcopi Salisburgenſis.

Vic. Spi'al.2.mill.

Vic.S.Paternion.2.mill.magnæ.

Urbs VILLACVM. 2.mill. de quibus locis tribus ſupra 54.Itin.

UrbsCLAVDII-FORVM(Klagenfurt) 4. mill. Caput hodie eſt Carinthiæ : in qua templa quædam,interque ea Jeſuitarum & Franciſcanorum: item Burgum ſive Arx : Ædificium novum : Buleuterium Ordinum & Curia,viſu digna ſunt.

Urb.VOLCKMARCKT vel Volckelmarckt juxta Dravum, etiam in

Carinthia. Quidam 6. habet. Eſt hic Præpoſitura: ipſa verò urbs Domui Auſtriacæ ſubjecta eſt.

Vic. Lavamund, juxta quem Lavanda in Dravum ſeſe exonerat: 4. milliar. Arcem habet & Urſenbekiis parere ſcribitur.

Vic. Under-Draaburg. 2. mill. in finibus Carinthiæ & Styriæ, ſed in Carinthia adhuc. Arcem habet & Præpoſituram.

Vic. & Arx Maut, in Styria ad dictum Dravum. 2. mill. magna.

Vic. Merenburg vel Maerenburg. ad prædictum amnem. 2. mill. parva.

Urbs MARCHBURG, vel Marburg ad Dravum in Carinthiæ Ducatu $2\frac{1}{2}$. mill. duas arces habet, extra & intra urbem, quæ Archiducalis eſt: arces verò aliis, ut oppignoratæ, ſubjectæ ſunt.

Urbs PETTAU. 4. mill. Itidem ad ſæpius dictum fluvium, Dravum, in regione Styriæ condita. 4. milliar. infra Rackerſpurg: in qua Dominicano-

norum, & Minoritarum Cœnobia: Templum parochiale: Curia: atque extra urbem, Cœnobium Capuccinorum & Arx, viſu digna ſunt. Arx eſt Tanhauſenſis: Urbs verò Archiducalis ſive Domus Auſtriacæ.

ITER LXVI.

Brunſwigâ CASSELLAS *Haſſiæ.*

Pag. Gittelde. 1. mill.

Arx Lichtenberg. 1. & dimid. deſolata neque procul ab ortu Fuſæ fluminis ſita, in regione Brunſwicenſi.

Pag. Watkenſtede. 1. milliar.

Arx Woldenberg. 1. mill. in Epiſcopatu Hildesheimenſi: ſed ſubjecta, unà cum Comitatu Brunſwicenſi.

Urb. BOKELEM, Bokenem vel Bokelheim. 1. unà cum arce in dicto Comitatu VVoldenburg.

Urb. LAMSPRING. 1. in Epiſcopatu Hildesheimenſi, juxta fontes

fluminis Lambe, etiam Principis Brunſwicenſis: ibi Cœnobium quoddam eſt Virginum ſacratarum.

Urbs GANDERSHEIM. 1. & dimid. milliar. Porrò trans Leinam ad

Vrb. EINBEKAM. 1½. mill. vel 2. mill. parva.

Ur. NORTHEIM. etiam, 1½. vel 2. parva milliar.

Ur. NORTEN. 1.

Ur. GOTTINGEN. 1. mill. magn.

Ur. MVNDEN. 1. mil. commun.

Ur. CASSEL. 2. de quibus poſterioribus locis alibi in hoc ipſo libello, ut ex Indice videre licet.

ITER LXVII.

Bremâ LINGEN & AMSTELODAMVM.

Vrbs BREMA. de qua Itinere 22.

Vic. & Arx Delmenhorſt. 1. mill. mag.

mag. juxta flumen Delmen, non procul à Viſurgi in Weſtphalia, Comitis Oldenburgici.

Ur. WILDESHVSEN. juxta Huntam, 2. mill. Vid. 30. Iter.

Ur. KLOPPENBVRG. 3. milliar. de qua ſupr. Itiner. 31.

Ur. HASELVNEN. 4. mill. ad fluvium Haſam, eſtque Monaſterienſis.

Ur. & Arx LINGEN. 2. Caſtrum eſt probè munitum, nunc Epiſcopatus Monaſterienſis, devoluta ad eum emptione anno 1649.

Urb. NIENHVS, in Comitatu Bentheimenſi, 3. mill. de qua ſupra. 31.

Vic. Hardenberg. 4. mill. In Iſala ſuperiore, Ordinum Belgicorum: jure gaudens civitatis: quem commodum omninò redit VECHTA ſive Vidrus.

Urb. SCHWOLLA. 4. mill. vid. ſupr.

Urb. HASSELT. 1. mill. juxta Vidrum in Over-Iſſel.

Caſtrum

Caſtrum Swarte SLUIS. 1. mill. Porrò ab hocce, navi conſcenſa per

AMSTERODAMUM. 18. mill. De qua urbe ſupr. N. 35.

ITER LXVIII.

Bremâ FRANCOFURTUM Mœni.

Urbs MINDEN, quemadmodum via illa ſuprà N. 22. notata fuit.

Arx Berge, vel Domus montis. 1. milliar. Tranſitus eſt ad Viſurgim una cum Comitatu, Epiſcopatui Mindenſi ſubjectus.

Arx Furenholt, ab alio Fornholt 1½. mill. juxta Viſurgim, & Comitum, (ut fertur) Lippienſium.

Ur. RINTELIA, Ryntelen, Rentelen 1.½. Itidem juxta Viſurgim qui ponte jungitur, Comitatus Schawenburgenſis: in qua anno 1621. Academia conſtituta eſt.

Urb. ALENDORF, Oldendorf, vel

vel Oldendorp. 2. milliar. parvis etiam ad Viſurgim, in Comitatu Schauenburgico.

Urbs HAMMELIA. 1. & dimid. vel 2. milliar. Putatur vulgò, dictam Urbem Rinteliam media inter Mindam, & Hammeliam viâ, ſitam eſſe. Eſt hæc urbs juxta Viſurgim condita, Ducum Brunſwicenſium: neque tantùm ob loci ipſius munimenta, verùm etiam facti cujuſdam memorabilis & tragici cauſa celebris, quod in ea accidit, an. C. 1284. cùm glirium quidam captator, centum & triginta liberos è civitate ſecum extra portas eduxit, omnibus, exceptis duob. (ut quidam tradunt, atque ipſi quoque Hamelenſes credunt,) diſparentibus & amiſſis.

Ur. BODENWERDER. 2. Etiam ad Viſurgim, & Brunſwicenſis.

Arx Poll vel Polle 1. milliar. magn. Arx Brunſwicenſis montana, ad Viſurgim; oppoſita arcæ, in qua olim Caſtellum Eberſtein ſitum fuit.

Cœno-


Cœnobium CORBEIUM. Imperialis & libera monachorum Abbatia juxta Viſurgim, quæ ſtatus eſt Imperii, & ad Circulum Weſtphalicum refertur.

Vrbs BEVERUNGEN, vulgò Beveren, & Bever dicta. 2. milliar. in Epiſcopatu Paderbornenſi.

Vrbs & Arx DRENDELBURG, vel Trendelburg. 2. mil. Sita ad Dymelam in inferiore Principatu Haſſiæ.

Urbs MUNDEN. 2. mill. Principis Brunſwicenſis, de qua ſupr. N. 23. Vulgò inter Mundam & Mindam 16. milliaria numerantur.

Urb. CASSELLÆ, Caſſel. Caput hæc urbs eſt inferioris Haſſiæ Principatus, & Principum iſtius lineæ ſedes, ſita juxta Fuldam flumen: in qua ſpectatu digna ſeſe exhibent, Templum Cathedrale S. Martini in Aſylo: templum parochiale veteris urbis: Collegium Adelphicum, in quo Gymnaſium Principale: Arx Principis



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

pis elegantiſſima, & quæ huic conjuncta & connexa ſunt, horti nimirum, hippocomium, arena;&c. Itemque Domus Naſſovia: telonium: domus mercatoria: pons lapideus, quo Fulda jungitur: molendinum novæ urbis, duodecim rotarum: Cancellaria: Armamentarium: granarium: macellum: pecorum ſtabula, Theatrum, &c.

Urbs FRITZLAR. de qua ſupra. N. 3.

Pag. Gilſenberg. 3.

Urbs RAVSCHENBERG. 2. mill. in Comitatu Zigēheimenſi Caſſellano.

Urb. MARPVRG. 1. mill. magn. de qua ſuprà N. 31.

Urbs GIESSEN. 3. mill. in ſuper. Haſſiæ principatu, munitiſſima: in qua templum S. Pancratii, Collegium, anno 1607. conſtitutæ Academiæ: ſedes & aula principalis & Armamentarium inſtructiſſimum, viſu digna ſunt.

Arx & civitas Butzbach. 2. milliar.

Urbs

Urbs FRIDEBERGA. 1. milliar. magn. de his duabus civitatibus Vide ſupra, Itinere 33.

Urbs FRANCOFURTUM. 3. mill. De qua etiam ſuprà N. 4. ſumma 18. milliar. Caſſellis huc uſque. Hulſius Num. 76. Iter Lubecâ per Bremam huc uſque Francofurtum ſcilicet, deſcripſit, ſed milliaria non notavit: ducitque illud ex prædicta urbe Lubeca, ad Oldeslo, Hamburgum, Staden, Bremerfort vel Vordam, Bremam, Delmenhorſt, Wildeshauſen, Vecht, Drechsvorden, Oſnabrug, Munſter, Anricht, Rynn, VVinterberg, VVetter, Marpurg, Gieſſen, atque ſic porrò.

ITER LXIX.

Bremâ COLONIAM RHENI.

Vicus & Arx Delmenhorſt. 1. milliar.

Urbs

Urbs WILDESHAVSEN. 2.mill. De his utriſque vid.ſuprà.N.66.

Urbs VECHTE. 3. in VVeſtphalia, Epiſcopatus Monaſterienſis.

Urbs VORDE, à quibuſdam Vohr dicta.4.½. ut quidam notat, quanquam alius 6. tantum à Wideshauſen huc uſque numerat. Spectat hic locus ad Epiſcopatum Oſsnabruggenſem.

Urbs OSSNABRVGG. 4. vel 5. hor. alio quodam, 3. & dimid. milliar. numerante. De hac urbe vide Iter 31.

Pag. Lengerick.4. Pertinet ad Arcem Teklenburgenſem. In hoc pago, qui Monaſterii, & Oſsnabruggæ faciendæ pacis ergò verſati ſunt, ſæpè conventu megerunt.

Urbs MVNSTER, 3. communia, vel 4. parva milliar. Vulgò 5. magna milliaria numerantur, vel iter unius diei, huc uſque. de Oſsnabrugga vid. Iter ſup. 32.

Bockholt. 1. & dimid. mill. Dubio procul

procul oppidum Bocholt in Epiſcopatu Monaſterienſi intelligitur.

Ludinckhuſen vel Ludinghauſen. 2. milliar. magna. Arx munitiſſima eſſe in Epiſcopatu Monaſterienſi traditur.

Urbs WERNE. 1. mill. Scribit quidam hanc urbem à Monaſterio diſtare itinere pedeſtri unius diei. Sita eſt juxta Lippiæ fluenta, referturque, una cum præfectura ſua, ad Epiſcopatum Monaſterienſem.

Urbs LVNEN. 2. mill. Condita eſt juxta Lippiam amnem in Comitatu Marcano; hodie ſubjecta Electori Brandeburgico: eſtque tranſitus hic præcipuus per Lippiam flumen in Epiſcopatum Monaſterienſem.

Vrbs DORTMVND. 2. mill: parva. Quidam unum tantùm milliare ponit. De hac urbe vide ſuprà 33. ITER.

Vic. Gevelsberg. 3. mill. Quidam hunc locum Cœnobium notat ab a-

ab aliis vicus, Comitatus Marcani, in finibus Montium ſitus eſſe traditur.

Vic. VVormskirchen. 3. milliar. magnis, in Ducatu Montenſi.

Urbs COLONIA. 3. vel 4. vid. ſuprà Iter 3.

ITER LXX.

Vratislaviâ Sileſiæ CRACOVIAM Poloniæ.

Vrbs BRESLAV. de qua vid. ſupr. N. 20.

Vrbs OLAV. 4. juxta Olam flumen, in Principatu Brigenſi, arcem habens Principalem.

Vrbs BRIEG. 2. mill. Caput eſt & ſedes aulica Principatus dicti: in qua Templum Cathedrale: parochiale S. Nicolai: Schola illuſtris: Schola oppidana: Arx Principis, in qua Lignicenſes & Brigenſes Principes (& ex

(& ex illis Joannis Chriſtiani, qui in Boruſſia mortuus eſt, filius natu maximus Georgius non ita pridem aulicam ſedem habuit, ſed nuper mortuus eſſe fertur) habitare ſolent; & quæ huic conjuncta ſunt: ut & Curia & Armamentarium cum molendino Principis, ſpectatu digna ſunt.

Urbs LOBEN, vulgò Lewyn dicta. 3. aliis 2. & 4. milliar. notantibus, refertur ad prædictum Principatum Brigenſem Sileſiacum.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI

55
N
tu
tu
ni
I

Cl
ta
ſtr
A
pu
le
ru
vo
pu
Ia
li:
pla
Fr
ten
mè
S.N
No
Pr
Ieſ

peratoria: item Archiducalis Arx, in qua ſedem habet Aulicam Imperator: Cancellaria: Guardarobba & Galeria, ſive Gazophylacium & Technophylacium: horti aulici, & Lararium ſive Sacrarium Aulicum: Armamentaria: Navium ſtatio: Hippocomium Imperatorium: Monetaria: Domus provincialis: Curia: Leporaria: Carceres: varia & diverſa fora & areæ, atque id genus alia; & extra Urbem, horti pulcherrimi amœniſſimique: prædia, ædificia ſuburbana: Cœmiteria: prata: vivarium, & ſimilia.

ITER CLXIII.

Ulmâ REGIUM MONTEM Boruſſiæ.

Sebaſtianus Munſterus in Coſmographia, atque in eadem in deſcriptione Boruſſiæ, hanc viam notat, & Ulma Regium uſque montem numerat milliaria 165, nempe ad

Urb. Norimbergam 18, mill.

Urb.

Urb. BAMBERGAM. 9.

Urb. COBURG. 6.

Urb. GRAVENTHAL. 6.

Urb. SALFELD. 2.

Urb. IENAM. 7. Alii tantum 5. habent mill.

Urb. NAUMBURG. 3 mill.

Urb. LEIPZIG. 6. mill. De his locis vid. ſupr. Iter XII.

Urb. BERLIN. 18. Alii penè 19. nonnulli 20 mill. Vid. ſupr. num. 106.

Hinc per Liebenberg. 5. mill. ad

Urb. FRANCFURT ad Oderam. 10 mill. à Berlino.

Pag. Biberteich. 3. alii 5. notant mill.

Urb. MESERITZ. 5. Alii 6. mill. Sunt verò Francofurto huc uſque 9. mill. in ipſa Polonia magna, nec procul à fluvio Warra; arcem habens. Incolæ hujus Urbis Germani ſunt, egregii coquendæ optimæ Cereviſiæ artifices.

Urb. POSEN. 13. Quidam habet 14.

Alius

Alius verò, qui hoc itinere uſus eſt, tantùm 12 habet, & Poſnâ per Urb. Novimieſta, Urb. Grabaw, Urb. VVelun, Urb. & Cœnobium pulcherrimum Tcenſtochoven, Cracoviam, 52 milliaria ad

Ur. THORVNVM, Thorn, 21 mill.

Urb. GRAVDENTZ, 8 mill. Vide iter Poſnâ huc uſque, ſuprà N. 72.

Vr. MARIENVVERDER, 5 mill. Arcem habet, & templum Cathedrale munitum, ſita in Pomeſania, quæ pars eſt Pruſſiæ, ad flumen Nagot, in quod influit Liebar, eſtque Electoris Brandeburgici, Ducis Poruſſiæ.

Vrbs RISENBVRG, 5 mill. etiam ſita in Pomeſania, fuitque olim Epiſcoporum Pomeſanienſium in arce ibidem ſedes.

Urbs PREVSCHMARCK, 3. mill. maximam partem condita in lacu, è quo Sirgune erumpit, habetque Præfecturam.

Urb. HOLLAND, 4 mill. Sita in

Hockerlandia, ſubjecta Electori Brandeburgenſi.

Urbs MULHAUSEN, 2. mill. Itidem in Hockerlandia, vel Pogeſamia, non procul à Friſchen Haff.

Urbs BRANDENBURG. 4. mill.

Vrbs KONIGSPERG, 3 mill. Quidam habet 2. & dimid mill. vid. ſupr. num. 19.

ITER CXLIV.

Vlmâ HEIDELBERGAM & FRANCFVRTVM Mœni.

Pagus Urſpring, 2 mill. Inter hunc locum & urbem interjacent pagi alii, Iungingen, Dornſtatt, Domerdingen, & Luitshauſen: partim Ulmenſes, partim Elchingenſes, ſub Iuriſdictione tamen territoriali Vlmenſi.

Vrbs GEISLINGEN. 1. mill. De qua ſuprà, num. 5.

Hinc

Hinc per aliquot ibi denominatos pagos Vlmenſes, ad

Vrb. GOPPINGEN. 2 mill. De qua etiam in prædicto Itinere 5.

Vrb. SCHORNDORF. 2. mill. parva. Vid. ſuprà Iter 24.

Vrb. & Arx WINEDEN. Winida. 3. hor. vel 2 mill. Eſt Magiſtri Ordinis Teutonici, & Wurtenbergici Principis: ubi Domus eſt Teutonica.

Vic. STEIN, ad Muram. 3. hor. magn.

Vrbs BOTWAR. cognomine GROSBOTWAR. Sita ad flumen Botwar: eſtque præfectura Ducalis VVurtenbergica.

Hinc iter eſt per excelſum montem, ad cujus radices ultimum eſt Principis VVurtenbergici vectigal: ubi per unicam turrim (vulgò den Landthurn dictam) iter faciendum eſt, ad

Vrb. HEILBRVNNAM, 2 mill. magnis, 4. vel 5. horarum. Summa, 14 mill.

Ulmâ itur Eſslingam, 8 mill. Hinc per pagos Velbach, Schmida & Rensſeck (ubi Remſa in Nicrum ſeſe exonerat) ad oppidum Marbach, 3 milliar. Porrò per pagos Otthmarsheim, Kaltenweſten (ubi ſtatua globi plumbei duplex Arx Liebenſtein) & Tallain, Hailbrunnam, 3 mill. Hinc HEYDELBERGAM, 6. mill. mediocr. terrâ, ſicut hæc via ſuprà, n. 36. notata eſt.

Quidam iter dirigunt Eſslingâ Canſtadium, Vaihingen, Brettam & Bruſſel, de quo videatur Iter V. Bruſſellâ milliare eſt ad pag. Langenbruck, & porrò 1. & dimid. mill. Heydelbergam.

Flumine autem prætemnavigando Neckers. Ulm, & Wimpfen, ad Urb. GVNDELSHEIM, 2 mill. in Kraichgoia, & eſt Magiſtri Teuton. Ordinis.

Arx Mulbach, ½. mill. Nobilium

lium à Gemmingen, in Valle Nicri ſita.

Arx Hornberg, 1 mill. etiam nobilium à GEMMINGEN, & Feudum Moguntiacenſe. Infra hanc arcem caverna quædam eſt, ſive antrum, in rupe, de quo fertur, Virginem quandam nobilem, malè à noverca tractatam, in illud ſeſe recepiſſe atque occultaſſe, & integrum ſeptennium in eodem exegiſſe nutritam à cervo quodam: poſt obitum verò, id, quod viva adhuc rogaverit, à duobus tauris ad eum locum perductam fuiſſe, quò poſtmodum templum, & proximè illud conſtructus pagus Wolckenhauſen, cernitur, in quo ipſa cum Epitaphio humata jacet.

Urb. NECKERSELTZ. ¼ vel 1 mill. à Gundelsheim, Dn. Elect. Palatini.

Urb. EBERBACH, 2 mill. etiam Elect. Heidelbergenſis, in qua maximus eſt reconditus vini proventus.

Urb. HIRSCHHORN, 1 mill. Hic eſt Arx elegantiſſima, qualem nullam aliam in valle Nicri univerſa, reperiri ſcribunt, & Cœnob. Carmelitarum. eſtque hodie poſt morte extinctam familiam illam Hirſchhornenſium, Archiepiſcopi Moguntiacenſis. Hoc loco Nicrus tàm ſinuoſo labitur fluxu, ut ex dicta Arce pila plumbea ex Falcone, per tria ejuſdem volumina trajici queat.

Urb. NECKERSTEINACH. 1 mill. Nobilium Landſchadiorum, eſtque tergeminum Feudum, Moguntiacenſe, Spirenſe & Wurtzburgenſe.

Urb. NECKERGMVND. $\frac{3}{4}$. hor. Heydelbergenſis.

Urb. HEYDELBERG. 1 mill. Summa, paulo plus. 8 mill. Heilbronnâ ſecundo flumine huc uſque.

Hinc porrò pervenitur Ladenburgum uno mill. magno. porrò 1 mill. Manheim, ubi Nicrus in Rhenum exoneratur, atque ſic deinceps uſque Moguntiam, ut ſupr. N. 36. notatum

eſt,

eſt. Hinc, 4 numerantur milliar. per Mœnum, Francofurtum uſque, ut alibi dictum eſt.

Sin magis placuerit terra iter facere Heydelbergâ per viam montanam (die Bergſtraſs) Francofurtum (quò vulgò 10.mill. & Ulmâ 30. numerantur) tum videatur iter ſupr. num. 88. Quidam capiunt iter Francofurto Geislingam uſque, quod oppidum trib. milliar. abeſt Ulmâ: de quo vid. ſupr.num.89.

Quidam per ſilvam Odenam iter faciunt, & Heylbronnâ tranſeunt ſpeculam, ad

NECKERSULM, quæ civitas eſt Magiſtri Ordinis Teutonici. ½. mill. magn.

Pag. Kochendorf, ½.mill.ubi 2.ſunt arces, Nobilibus ex familia Greckiorum, ſubjectæ. Hic tranſitur Kocherus flumen, quod non procul hinc in Nicrum ſeſe exonerat; atque hinc porrò venitur ad

Arcem Iaxtfeld, ubi pons eſt lapideus, quo Iaxtus jungitur.

Pag. Talheim, vulgò Talla, Palatinat. Electoris, habetque arcem, juxta quam in ſilvam Odenam venitur, ad Pag. Limpach, in quô domus eſt Præfecti Moguntiacenſis.

Vic. Mudoch, vel Meudach, Archiepiſcopi Moguntiacenſis.

Urbs AMORBACH, etiam Moguntini Electoris, juxta flumen Mude dimidiâ viâ inter Aſchafenburgum & Heilbronnam ſita, ubi Cœnobium eſt vetuſtum.

Vic. & Arx, Gros-Heybach, vel Heubach, propè Miltenbergam ſita, quæ, ut fama eſt, ad Comitatum Erpacenſem refertur.

Hinc, qui volunt, poſſunt citra ultraque Mœnum iter facere. Cis Mœnum venitur Obernburg, Seelingenſtatt, & Steinheim. Ultra Mœnum verò Clingenberg, Aſchaffenburg, & Hanaw.

Eſt & via alia multò commodior & facilior. Heylbrunnâ per Silvam Odenam, qua non tot occurrunt montes, nimirum ad dictam Urb. Neckers Ulm. Pag. & Arcem Oeda, ubi Kocherus tranſmittitur. Urb. & Arx vetuſta, Neidena, ubi pons eſt trans Iagſtum. Pag. Mulbach. Pag. Scheffslentz, qui triplex, ſuperior, medius, & inferior: quæ tamen præteriri poſſunt. Urb. Buchen vel Puchen Moguntinenſis. Urb. Amorbach, de qua ſuprà.

Vel, poteſt iter ſuſcipi ad Thuren vel Waldthuren (quod etiam oppidum eſt Moguntiacenſe) atque hinc ad Elector. Moguntiacenſi urbem Miltenberg & porrò Francofurtum.

Quidam perveniunt Michelſtatt & alia loca in Comitatu Erpacenſi. Sicuti omnino diverſæ ſunt variæque viæ per Sylvam Odenam, quæ pro diverſitate quoque temporum & cujuſque propoſito conſilioque, eligi poſſunt.

ITER CXLV.

Vlma ROSTOCHIVM in Ducatu Megapolitano.

Urbs HEYLBRONNA, 14 mill. de qua Itiner. proximo ſuperiore.
Urbs Heydelberg. 6 mill. ibidem.
Ur. WORMS. 4. terreſtri itinere.
Ur. MEYTNZ. 7 mill.
Ur. FRANCFVRT. 4 mill.
Urb. GIESSEN. 6 mill.
Ur. MARBVRG. 3 mill.
Vic. ZIEGENHAIN. 3. quò nonnulli 4, 5, & 6 mill. numerant.
Ur. CASSEL. 6 mill. Quidam 8. habet.
Ur. LIEBENAW, vel Lievenow. 5. Quidam tantùm 5. & alius, 4 habet De his locis omnibus & ſingulis dictum eſt in ſuperioribus diſtinctis Itineribus.
Urb. HOXTER, vel HYXER. 6. mill. juxta Viſurgim in Corbeienſi Abba-

Abbatia, ſubjecta Abbati illius loci, tria habens templa parochialia, S. Petri, Kiliani, & fratrum. Coquitur hic egregia Cereviſia.

Urb. RINTELN, 10. ut quidam refert, hâc viâ uſus. Alii 7. vel 8. notāt.

Urb. MINDEN, 2. ut idem tradit. Alii 3. & dimid. vel 4. mill. De quibus locis ſuprà.

Urbs NIENBURG, 8 mill. Eſt Nienburg, Nienborg, vel Newenburg, urbs pręcipui nominis, cum Arce juxta Viſurgim, in Comitatu Hoyenſi ſita: quæ à nonnullis Newenburg ad Hartam vocatur, & ſubjecta eſt Brunſwicenſibus & Luneburgenſibus Principibus.

Urbs VERDEN, 5. mill. Quidam 4. & 4. & dimid. mill. Caput eſt Epiſcopatus Verdenſis, in Circulo Weſtphalico: qui Epiſcopatus Verdenſis, quem quidam per F ſcribunt, in proxima tractatione generali, Ducatus ſecularis factus, & Coronæ Suedicæ, veluti Feudum Imperiale immedia-

tum, jure hæreditario traditum eſt. Urbs dicta, condita eſt ad flumen Alre vel Allen quod non procul ab eadem in Viſurgim ſeſe exonerat; in qua viſu dignum eſt templum Cathedrale.

Arx & Urbs ROTENBERG, Rodenborg, vel Rottenburg, 11. mill. ut nonnulli volunt, alius vero, qui hic fuit, 11. tantùm habet. Fuit hic locus, quondam Caput Epiſcopatus Verdenſis, & munitiſſimus.

Urbs BOXTEHUDE, 8. mill. ut ſupra notatum eſt. Quidam 6. alius 10. notat, ſita eſt ad fluvium Eſte, non procul Albi, & in Archiepiſcopatu Bremenſi, hodie Coronæ Suedicæ ſubjecta: aliàs fœderis Hanſeatici ſocia.

Urb. HAMBURG, 4 mill.

Ur. LUBECK, 10.

Ur. WISMAR, 8.

Ur. ROSTOCH, vel Roſtock, 7. mill. de quibus quatuor Urbibus ſuis locis videatur Index.

Poſſunt, qui volunt, Ulmâ Lubeckam, hanc viam per Ducatum Brunſwicenſem & Luneburgenſem capeſſere, nempe

Vr. Heidenheim, 4 mill.

Vr. BOPFINGEN. 4. Oppidum Imperiale, juxta Egram flumen ſitum in Rhetia.

Vr. Dunckelſpuhel, 3.

Vr. Rotenburg, 5 mill. parva.

Vr. Kitzingen, 3. Quidam 6. mill. notant.

Vr. Schweinfurt, 5.

Vr. Lauringen, 2.

Caſtrum Konigshofen, 2. 4 mill. magn.

Vr. Schleuſingen, 4.

Suhl, vel Suln. 1. medioc.

Vr. GOTHA, 3. & dimid. Atque ſic porrò Brunſwigam uſque. Vide ſupr. Iter XIII.

Vel, à dicta urbe Schleuſingen, ad

Vr. Ilmenaw. 3. mill.

Vr. Arnſtatt. 2.

Ur.Erffurt,2 mill. Atque ſic porrò Brunſwigam uſque,& inde Luneburgum & Lubeckam, ſicut ſuprà in Itinere 14. & 15. notatum eſt. Et hoc itinere, qui volunt,uti poſſunt, Ulmâ Hamburgum: dum ſcilicet, ſicut tabellarii & veredarii Norimbergenſes iter faciunt,Erdfurto pervenitur Weiſſenſee,3. Franckenhauſen, 3. Kolberam,2. Stolberg,2. Haſelfeld,2.Elbingeroth, vel Elbingeroda, 2. Wernigeroth, vel Wernigeroda, 1. Stetterlinburg,1. Oſterwick,1. Hornburg,2. Wolfenbuttel, 2. Brunſwig,1. Giffhorn,4. Eſsingen,3.Suderburg.4. Luneburg,5. Weinsheim, vulgò Winſen ad Luham, 3. Bergerdorf,2. Hamburg,2. Summa, Ulmâ,vel propter Actum, ſeu viam regiam, hâc ipsâ Hamburgum, 85. per Norimbergam 90 milliaria.

ITER

ITER CXLVI.

Vlma ZVRZACHVM.

Urbs EHINGEN. 4 mill. parvis, vulgò 3. tantùm numeratis. Subjecta eſt Domui Auſtriacæ Oenipontanæ, ad Schmiecham flumen, quod non procul ab ea in Danubium ſeſe exonerat: in qua ſpectatu digna ſunt, Cœnobium Virginum ſacrarum, tertiæ regulæ S. Franciſci; præſertim templum elegans & magnificum Deiparæ Virginis, quod tenent Franciſcani reformati, in quo artificioſa eſt & pulcrè comta Virg. Mariæ imago, ad quam frequentes ſuſcipiuntur peregrinationes votivæ: & in ſuperiore ſeu nova Civitate, egregium templum parochiale, quod Academiæ Friburgenſi inſertum eſt; itemque Curia.

Urb. MVNDERKINGEN. 1 mill. etiam Auſtriaca, juxta ripam Danubii.

Ur.

Ur. RIEDLINGEN, 2 mill. Hoc tempore iterum Auſtriaca, ad Danubium.

Urb. MENGEN, 1 mill. in Valle Danubiana, atque ſicut Riedlingen, aliquandiu Truchſeſſiorum Waldburgenſium pignus, nunc iterum ſoluta & Auſtriacis Tirolenſibus reſtituta.

Urb. PFVLENDORF, 1 mill. Hinc per vicum Auſtriacum Scherneck, ad.

Urb. STOCKACH, 2 mill. de quibus duabus Urbibus, Vide ſuprà N. 97.

Pag. Langen Steiſslingen, 2 mill.

Ur. SCHAFHAVSEN, 2 mill.

Pag. Lottſtatten, 1 mill. ſitus in Klettgoia, & dubio procul Comitis Sultzenſis. Quidam vicum eum vocant: quo in loco Galli anno 1633. exurendo domos & homines promiſcui ſexus trucidando, injurias à Ruſticis acceptas, graviſſimè ulti ſunt.

A Urbe

Urb. KAISERSTUL, 1. mill. de qua alibi.

Pagus ZURZACH, 1. mill. à Summa 7. mill. viâ proximâ. Situs eſt pagus hic juxta Rhenum, 5000 paſſuum, & ½. mill. à Klingenaw, propè Waldshut, eſtque Epiſcopi Conſtantienſis ad Klingenaw; ſed quod ad Juriſdictionem territorialem Helveticæ Badenſi Præfecturæ ſubdita. Locus admodum celebris propter mercatum ſolennem geminum, Septembris, & Lunæ, poſt Dominicam Trinitatis, proximæ haberi ſolitum: ubi Templum vetus & Collegiatum, templum parochiale, Arx antiqua & domus mercatorum videri poſſunt.

Urb. BIBRACUM, 4. Urbs Waldſee, 2. Ravenſpurg, de quibus alibi.

Urb. & Arx TETNANG, 1. & dimidi. mill. Vulgò Tettang appellatum. Abeſt milliari parvo, vel 2. à Lacu Bodamico; Comitum Monfortenſium. Sed bello proximo ele-

gantiſſima Arx, & oppidum penè totum, in cineres redactum eſt.

Urbs LINDAW, 1 & dimid. mill. Quidam Ravenſpurgo huc uſque, 4 milliaria notat, qui hoc itinere ſæpius uſus eſt.

Hinc per Lacum Bodmicum, ad
Pag. Rotſchach. 2. mill.

Urb. S. GALLEN, 1 mill. De qua, ut & Lindaugio, alibi in hoc libello ſcriptum eſt.

Pag. Ruggenbach, 3 mill.

Urb. WINTERTHUR, 3 mill. De qua Itinere 50.

Pag. Glaz. 2. mill.

Urb. KAISERSTUEL, 1 mill. de qua alibi.

Vic. Zurzach. 1. mill. Summa, 25. mill.

Et adhæc quidam utuntur via illa, quæ ſupra notata eſt, ad

Ur. RAVENSPURG, 8. mill. Ur. MARCHDORF, 3. Ur. MORSPURG. 2. Urbs Conſtantia, 1. (quo etiam Lindaugio ſecundis ventis ſpa-

tio

tio 8 horarum navibus perveniri poteſt) Ur. Steckborn. 2. Ur. Stein ad Rhenum. 2 mill. Urb. Schafhauſen. 2. & Zurzach. 3. Summa, 13 mill. quemadmodum de his locis & itineribus alibi in hoc libello actum eſt. Quidam Ravenſpurgo Mersburgum, tantum 4. & Conſtantiâ Steinam, 3 mill. atque ita juxta ſuam ſententiam Ulmâ Zurzachum ſolùm 21 milliaria numerant, hoc tertio itinere.

ITER CXLVII.

Vlma CVRIAM, & CLIVIAM Rhætorum.

Urbs MEMMINGA. 6. mill. de qua ſupr. N. 47.

Ur. LEVTKIRCH. 3 mill.

Ur. YSNI, vel Isna. 2 mill. Vulgò hucuſque numerantur 10 mill. De his urbibus Imperialibus alibi dictum eſt.

Vr. BRIGANTIVM, Bregentz. 4 mill.

mill. (Biſaccioni tantùm 12 mill. Ulmâ huc uſque habet) ad Lacum ſuperiorem ſeu Brigantinum, ſubjecta Archiducibus Auſtriacis. Arx in rupe ſita antiqua & urbi vicina, Pfannenberg appellatur.

Urb. FELDKIRCH. 4 mill. magna Germanica, 32, aut ferme Italica, de qua ſuprà.

Hinc trans Illum, & poſtmodum per vallem intra montes altiſſimos concluſam, ad aſcenſum arduum, infra quem ſita eſt

Urbs MAIENFELD, juxta Rhenum, arcem habens & decimum Cantonem Griſonum efficiens, 18 mill. Italica. Mons, per quem aſcendendum, appellatur mons S. Luzii, in quo terminus eſt Griſonum & Sueviæ.

Urb. CVRIA, 13 mill. Italica, teſte Cluverio. Alii 4 mill. numerant Feldkirchâ uno milliari, tribus horis menſurato. Vide de hac Urbe, ſuprà, Itin. 56.

Tuſis,

Tuſis, vicus in Griſonibus, 2 mill.

Splugen, vel Speluga, 2 mill. quibus tamen conficiendis, 6 horas, non nunquam diem integrum conſumſeris. Vicus eſt Griſonum ſive Rhætorum, admodum celebris, in altiſſimis montibus ſtructus.

Urb. CLIVIA, Cleven, 3½ mill. Germ. De hoc loco & itinere porrò inſtituendo Mediolanum verſus, ſupra Num. 49 dictum eſt. Eſtque hoc aſperum, moleſtum, & in locis aliquibus periculoſum iter: quod tamen propter hanc cauſam non negligitur, ſed perpetuò frequentatur.

ITER CXLVIII.

Vlmâ, WEISSENBVRG in Nordgoia.

Pagus Nav, vulgò Langenavia. 2. mill. de quo ſup.

Urb. STOTZINGEN, cognomine Niderſtetzingen. 1 mill. Oppidulum

dulum eſt obſcurum & parvum, partim Dn. Davidi, Baroni à Stain, qui hic in arce habitat, ſubjectum.

Vrb. GVNDELFINGEN. 1. habet arcem & eſt Palatini Neoburgici, ad Brentium amnem, qui non procul ab eodem in Danubium ſeſe exonerat.

Vrb. LAVGINGEN, 1 mill. parv. de qua N. 24.

Vrb. HOCHSTATT. 1. mill. magn.

Vrbs THONAVWERT. 2 mill.

Cœnob. Keysheim vel Keyſersheim. 1 mill.

Vrb. MONHEIM. 1 mill.

Vrb. WEISSENBVRG. 3 mill. De quib. locis omnibus ſuprà.

ITER CXLIX.

Vlma ONOLZBACH vel ANSPACH.

Vrbs NORLINGA. 8. de qua ſupr. N. 64.

Vr.

Vr. VVASSERTRUDINGEN, vel VVaſſertruchedingen, vel Trubedingen. 3. mill. in Rhetia juxta VVernizium flumen, eſtque Marchionis Onoldini.

Vrb. ONOLTZBACH. 4. mill. de qua ſupr. num. 88.

ITER CL.

Viennâ PRAGAM.

Urbs KORNNEBURG, 2 mill. de qua num. 142.

Hinc per Enzersdorf, Epiſcopatus Fruxinenſis, ad

Vic. Hollenbrunn. 4. mill.

Arx & Pag. Gundersdorf, 1. mill. Teuffeliorum Baronum avita ſedes.

Vrbs ZNOYM, 3 mill. Summa, 10 mill. Vienna, huc uſque. Quidam habet 12. nempe 3. ad Gundersdorf. 1. Hollebrunn. 3. ad Vic. Leutersdorf. 3. Kornnewburg. & 2. Viennam. De Znoyma vid. ſupr. num. 76.

Vrb.

Urb. MAHRISCH BUDWEIS, 3 mill. Bohemicè dicitur Budegowice.

Urb. TREBITZ, 2 mill. etiam Moraviæ ad flumen Igla. Arcem habet,& celebris eſt, propter egregios pannos, qui hic texuntur, ad modum Anglicorum.

Vic. Kamenitz, 2.

Urb. PODNA 2. Eſt hæc Urbs in ipſa Moravia,& in finibus Bohemicis, ſed Arx, è regione ſtructa, quam diſgregat palus, eſt in ipſa Bohemia. In urbe videre licet Templum parochiale,& Curiam.

Urb. TEVTSHBRODA, vel BROD, vel BROD Nemecky, Bohemica, 2 mill.

Vic. Habr, 2 mill. in Circulo Czaſlavenſi.

Urbs CZASLAV, 2. Quidam 3 habet. Locus celebris, ob ſepulturam Ioannis Ziſcæ, Imperatoris Belli Huſſitici ſummi.

Urbs KVTTENBERG, 2. mill. parva, Urbs Bohemiæ præcipua & regia,



1. Das Raht
2. Die Pfarr

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI

gia, olim celebrata valdè ob fodinas argenti, quarum proventus tamen hodierno tempore valdè imminutus eſſe dicitur. Habet templa & Cœnobia aliquot.

Urbs COLIN, 1. mill. majus. Condita juxta Albim, in qua Ethnica & præſtigiatrix illa Bohemorum Principiſſa, Lybuſſa, mortua eſt. Eſt munita ſatis atque in ea ſpectatu digna ſunt Templum Urbis & Arx præcipuè.

Ur. BOHMISCHBROD, 3. vel 4. mill.

Urbs PRAG. 3. mill. de qua num. 7.

ITER CLI.

Viennâ VRATISLAVIAM, vulgò Breſslaw.

Urbs VIENNA.

Vic. S. VLRICIKIRCHEN. 3. Arx eſt exuſta.

Vic. Miſtelbach. 3. mill. juxta flumen Czeya, in Auſtria adhuc.

Urbs & Arx NICLASBURG, 3 mill. vulgò Nickelsburg, in Moravia cum Arce perelegante, ipſi urbi imminente, Principis cujuſdam Liechtenſteinii.

Ur. AVSPITZ, 2. Bohemice Huſtopecz, celebris propter boum & equorum mercatum.

Ur. AUSTERLITZ. Bohemicè, Slaukow. 3. Fuerunt in hac urbe quondam multi ſectarii.

Ur. WISCHA, Wiskow. 2 mill. juxta flumen Hana, appellaturque vicinia illa Ahane.

Ur. PROSTNITZ, Bohemicè, vel Moravicè, Proſtegow. 2. in umbilico fermè Moraviæ, juxta flumen Rumze.

Ur. OLMUTZ. 2. mill. de qua ſupr. num. 21.

Urb. & Arx STERNEBERG. 2. non ita pridem Ducum à Munſterberg:

berg, cum Dynaſtia Iaiſchwitz vel Iaiſchwiſch. Hodie verò Sternberg eſt Domini Sylvii, Ducis Wurtembergici, ad quem per contractum cum Munſterbergenſi Principiſſa matrimonium pervenit; Iaiſchwitz vero Cæſar. Majeſtati ceſſit.

Hinc via patet difficilis & profunda per montes atque ut plurimum ſilvas, ad vicum Engelsberg, 4 mill. vel 7. hor. rhedâ iter facientibus, in ipſa Sileſia & in Principatu Troppavienſi ſitum. Sequitur

Urb. ZIEGENHALS, 4 mill. de qua ſupr. N. 21.

Urb. NOVESIVM. Neiſs. 2 mill. ſita juxta flumen ejuſdem nominis, eſtque caput Principatus Neiſſenſis, Epiſcopatui Uratislavienſi adjuncta. Plateas habet latas & amplas, cujuſmodi in univerſa Sileſia non inveniuntur: ædificia elegantia, profunda hypogæa ceu cellas & cereviſiam generoſam. Templum S. Iacobi magni-

 ficè

ficè ſtructum eſt. Præter hæc etiam Crucigerorum & alia templa atque Cœnobia, Collegium item Ieſuitarum, Sedes aulica Epiſcopalis, quæ perelegans, & domus Senatoria ampliſſima, ſpectatu digna ſunt.

Urbs GRODKAV. 3 mill. Caput Principatus Sileſiaci, qui ab ea nomen accepit & Epiſcopo Uratislavienſi ſubjecta eſt. De qua fertur, quod civium nullus vel fame vel frigore perire quat, quoniam ſinguli pro ratione ſuarum ædium, tantum cùm frumentorum, tùm lignorum poſſideant, quantum ad commodè vivendum requiritur. Templum habet parochiale amplum, Aulam Epiſcopi, Curiam è lapidibus ſtructam & ſpatioſum forum.

Urbs OLAV. 4 mill. de qua ſuprà.

Urbs BRESLAV. 4 mill.

Quidam Viennâ proficiſcuntur ad Vicum VVeſternitz in Moravia ſitum, 10 mill.

10 mill. Hinc Olmutium, 10. Vic. Engelsberg. 6. (alius 9. notat) porro per viam profundam, ſilvas, & montes excelſos, quibus in locis à prædonibus non exiguum eſt periculum, ad Oppidulum Neuſſenſe Zuckmantel, 3 mill. & tandem ad prædictam Urbem Noveſium. 3 mill. & ſic porrò.

ITER CLII.

Vienna CRACOVIAM.

Urbs WISCHA. 16 mill. Hæc via in præcedentibus Itineribus eſt notata.

Urb. KOIETIN. 3 mill. juxta flumen Runzam Moraviæ.

Vicus Domazelitz. 2 mill.

Urbs WEISSKIRCH, vel Vranice. 2 mill. Vulgò Wiſchâ huc uſque 8 mill. numerantur. Sita eſt juxta Beczwa flumen; ſuntque extra Op-

piduli muros aquæ ſalubres, & ex oppoſito mons quidam editiſſimus, è cujus ſupercilio, hiatus quidam ſeu caverna ad infimas uſque partes ejus cernitur, cujus profunditas nulla arte perveſtigari poteſt.

Urbs Nova TITSCHIN. 2 mill. in Moravia. Vide de hoc loco, & ſeqq. uſque ad

Urb. CRACAV, Poloniæ, ſuprà, Iter XXI.

ITER CLIII.

Viennâ GRAZIUM Styriæ.

Urb. VIENNA.

Vic. GVNDERSDORF. 3. Archiducalis.

Vic. Dræskirchen, etiam Archiducalis. 1 mill.

Vic. Salenau. 2 mill.

Urb. NEWSTAT, 2 mill. Eſt Archidu-

chiducalis inferioris Auſtriæ, & probè munita civitas, cujus Epiſcopatus Viennenſi conjunctus eſt. Maximilianus I. & Eleonora Friderici IV. Imper. Conjux, hic ſepulti ſunt: eſtque in urbe ſpectatu inprimis dignum templum cum aliquot aliis, Armamentarium, Curia, & maximè Aula Cæſaræa.

Vic. Newkirchen, 2 mill. Locus eſt admodum munitus, & olim præcipuus totius Comitatus Puttenſis; paucos ante annos verò DD. Urſenpockiis Baronibus ſubjectus.

Cœnobium & Vicus Glockenitz. 1. mill.

Vic. Schaidwien, vel Schadtwien. 1. mill. Inſignes fauces, ſive anguſtæ viæ, intra montes clauſæ, arcem habet, nomine Clam, in loco excelſo, & non ita pridem modò nominatis Dn. Urſenpockiis, pignus Auſtriacæ domus, ſubjectus.

Hinc non longo poſt aſcenditur

ad celſiſſ. montem, Semring dictum, in cujus verticis planitie Crux poſita cernitur, ad quam Auſtria inferior, & Styrenſis regio, diſcriminantur, & ſic porrò pervenitur, ad

Pag. Spital. 1 mill. qui, ut oſtenſum eſt, in ipſa Styria ſitus.

Vic. Morzzuſchlag. 1. mill. eſt vicus Archiducalis clauſus.

Pag. Langenwang. 1. mill.

P. Kriegla, 1 mill.

Vic. Kienberg, 1 mill. Archiducalis, juxta flumen Mortz, ſitus in Mortz, vel Muerzia valle.

Pag. Mortzhofen. 1 mill. Baronum à Stubenberg.

Vic. & Arx Kapfenberg. 1½. mill. Dn. Wolfgangi à Stubenberg.

Urbs BRVCK ad Muram dimid. mill. De hac Archi-Ducali urbe, & locis, hinc diſcedentibus, obviis, uſque

Urb. GRAZIUM, quæ 6. mill. à Bruck diſſita, vid. ſupr. Iter IX.

ITER CLIV.

Viennâ VILLACVM, & VENETIAS.

Urb. BRVCK. de qua in præcedente Itinere, 20 mill.

Urb. LEOBEN. vel Leubin. 2 m. de quo ſupr. N. 9.

S. Margreth. 2 mill.

Urb. KNITTELFELD, 2. Quidam quinque habet mill. Leobino huc uſque, de quo Itin. 110.

Urb. IVDENBVRG, 2.

Vic. Untzmarckt, vulgò Hundsmarck. 3 mill. Quidam 2. In hac vicinia elegantiſſimæ ſunt arces, in montibus ſtructæ, utputa, Frauenburg, quò Untzmarckt refertur, Teuffenbach, &c. Retulit quidam non ita pridem, veterem arcem Teuffenbach adhuc dum eſſe Teuffen-

bachiorum: novam verò cuidam Butterorum parere.

Vicus Scheifling. 1 mill. De quibus 3. loc. etiam ſuprà, Itinere 9. videre licet.

Vic. Neumarckt, 1. Quidam ab Untzmarckt huc uſque, 3 habet mill. Eſt adhuc in Styria hic vicus, & 3 mill. infra Murau. Elegantiſſimus, Archiducalis & clauſus, cum arce.

Urbs FRIESACH. 2 mill. Refert quidam, proficiſcendum hinc montes verſus, in valle, in cujus latere dextro Arx quædam elegantiſſima, in monte ſita, conſpiciatur: Inde ad aquas ſalutares veniri, quæ frigidæ, & nitrum atque ſulphur ſpirent: quæ hodie dicantur Eremus: Hinc porrò ad Newenmarck, & ſuprà nominatum vicum Hundsmarck: hinc juxta Muram ad Pelſum, vicum (ampliſſimam totius Styriæ parochiam, unà cum arce Reiffenſtein, Domino Comiti à Saurau, ſubjectam inque, dex-

tro latere ſitam) & tandem è montibus, in amœnam & gratam planiciem ad prædictam urbem Iudenburg: Itemque Knitelfeld. S. Michael, & Leubn, &c. Quod verò attinet ſuprà nominatam Urbem Frieſach, ſita eſt illa in Ducatu Carinthiæ, & tamen Archiepiſcopum Salisburgenſem agnoſcit. Arx, quæ ibidem eſt, provinciæ Capitaneatus appellatur, & cum duobus Cœnobiis ſpectatu digna eſt. Suprà civitatem in jucundo, & amœno monte, magnifica illa, & celebris Arx Geyerſperg condita eſt, in qua Salisburgenſis Vicedominus habitat.

Vic. Altenhofen, 2. mill. qui cum arce & domo Præfecti Salisburgenſis eſt.

Urbs S. VEIT, 2. mill. Quidam pro 4. habet 3. mill. mediocria à Frieſach, huc uſque: intra quas urbes duas, dictus Vicus Altenhofen, media jacet via, ut Lazius ſcribit. Eſt

urbs antiqua & Archiducalis Carinthiæ,ubi Archiducalis arx eſt, & fons perennis aquæ, cum Cratere candido pulcherrimo,ſolido ex lapide, exciſo:

Feldkirchen, 3. mill. vel Oppidulum eſt,vel Vicus,cum Præfectura, Epiſcopo Bambergenſi ſubjectus.

Hinc per Vallem quandam, intra montes,& juxta lacum, ad

Urbem VILLACH. 3. mill. Hinc Venetias uſque, via in itinere 54 deſcripta videri poteſt. Ad quam referendum eſt illud, quod in ſuo Itinerario in terram Sanctam Dominus Chriſtophorus Furerus ab Haimendorf, Eques,&c. ann. 1566, notatum habet, & Venetiis ducit,ad

Urb. MESTRES, de qua ſuprà Itin. 53.

Urb. TREVISO, ibidem.

Hinc per amœnam planiciem, ad flumen Piave, quod tranſmittitur, deinde conductis equis pervenitur ad

Urb.

Urb. CVMA, vel Konigslohn, ſicut Autor vocat, ſcribens eſſe pulchrum & elegans oppidulum Venetorum, in colle ſitum, & tamen alii monticulo ſubpoſitum, 3. milliar. à prædicto flumine Piave, vel Plavi ſitum.

Urbs SICILL. 2. mill. Itidem amœnum Oppidulum, quod limpidus quidam fluviolus præterlabitur. Dubio procul illud eſt Tabularum Geographicarum Sacil. vel Leandri Alberti Sacille, ubi Meduna in Livenzam ſeſe exonerat, quod ille in deſcriptione Marcæ Trivigianæ, nobile & opulentum Caſtrum ſive Oppidulum, cum multis Italiæ Urbibus contendendum, appellat.

Urbs SPILBERG, Spilimbergo, 4 mill. German. Oppidulum elegans in Foro Iulii, montibus circumſeptum: quod & ſitus, & murorum ratione à prædicto Leandro, probè mu-

nitum exiſtimatur, populoſum & divitiarum copia affluens.

Urbs S.DANIEL, ſemidiei Itinere à Spilberg remotum, de qua ſuprà in 54. Itin.

Alterâ die (refert Auctor) hinc per jucundum Campum, & trans flumen Leddam, verſus montana, in quorum acceſſu, à latere ſiniſtro, Oſoppo caſtrum munitiſſimum; à dextra verò, ad montium latera, Glemona Oppidum Venetorum, ſita ſunt. Poſtea venit per vallem ad Vicum Hoſpitel, quem alluit flumen Reſia; ibi in dextro latere, in remiſſa fertilique valle eſt peramœnum Oppidulum, WEISSENDORF. Venetorum imperio ſubjectum, in quo Germani pulchri, & elegantes habitant. Hinc iterum per Vallem, & trans pontem, in

Pagum Fellac. 6. mill. ſeu iter unius diei à S.Daniel hucuſque. Hic incipiunt Diverſoria Germanica: gens

verò

verò ipſa eſt Slavonica: eſtque hic pons, quo territoria Venetorum & Auſtriacorum diſtinguuntur.

Altera die equo per pontem illum & in valle, juxta aquam, vectus, ad

Pagum MalBorgetto dictum, ubi multæ officinæ ferrariæ. Hinc in

Pagum Sabeniti. 2 mill. illa die. Porrò per vallem, ubi Arx eſt Fuggerina, & à dextra Cœnobium admodum munitum, in rupe. Poſtmodum ad Tragam flumen: ubi in monte Arx eſt munita, Tragburg appellata. Hinc ad

Urbem VILLACH. pervenit & die illâ 4 milliar. equitavit. Hactenus Auctor ille ſupradictus. Ad cujus deſcriptionem ſupra dictum 54 Iter adjungi poteſt.

ITER

ITER CLV.

Viennâ POSONIUM, Preſsburg; CASSOVIAM Caſchaw, in Hungaria ſuperiore; & CIBENIUM, Hermanſtatt.

Vicus Ebersdorff, 2 mill. ad Swechatum flumen, quod juxta eum in Danubium illabitur, in Auſtria inferiore, pulcherrimus, cum Palatioimperatorio & Theriotrophio ſeu Vivario.

Vic. Viſchamund. 2 mill. etiam in ripa Danubii: juxta quem Viſcha fluvius in Danubium influit, ſolum habens frumentorum feraciſſimum.

Quidam ad pagum Swechat, 3 mill. proficiſcuntur, atque illinc hucuſque, etiam 2 mill.

Urbs HAIMBERG, Haimburg, vel Hainburg, 4 mill. itidem juxta Danubium & adhuc in Auſtria ſita: Sed

in i-

in ipſis Hungariæ finibus. Eſt Archiducalis Urbs, in qua aquæ ſunt ſalutares, quas tamen calefieri oportet. In monte excelſo proximè Urbem, Arx quædã eſt antiqua, ſolitudine damnata, éque regione, ubi Marcha, ſeu Mahra, in Danubium ſeſe exonerat, in rupis præcipitio ſita eſt Arx Dewin, vel Teben.

Urbs PRESSBURG, Poſonium, 2 mill. Viennâ ſecundo flumine, 10 numerantur milliaria. Terreſtri verò itinere 9 tantum parva Germanica notantur. Habetur hodie Poſonium, Chriſtianorum in Hungaria Caput: in qua promiſcuus eſt Germanici & Hungarici ſermonis uſus: Sed Senatus ex Germanis conſtituitur. Danubius hic bicornis eſt, diviſus in duo brachia. Arx regia, in qua Corona Hungarica cuſtoditur, extra portam S.Laurentii, eſt in monte, pulchra & munita. In Urbe ſpectatu digna ſunt, Collegium Jeſuitarum: Cœnobium

ITER CLV.

Viennâ POSONIUM, Preſsburg; CASSOVIAM Caſchaw, in Hungaria ſuperiore; & CIBENIUM, Hermanſtatt.

Vicus Ebersdorff, 2 mill. ad Swechatum flumen, quod juxta eum in Danubium illabitur, in Auſtria inferiore, pulcherrimus, cum Palatio imperatorio & Theriotrophio ſeu Vivario.

Vic. Viſchamund. 2 mill. etiam in ripa Danubii: juxta quem Viſcha fluvius in Danubium influit, ſolum habens frumentorum feraciſſimum.

Quidam ad pagum Swechat, 3 mill. proficiſcuntur, atque illinc hucuſque, etiam 2 mill.

Urbs HAIMBERG, Haimburg, vel Hainburg, 4 mill. itidem juxta Danubium & adhuc in Auſtria ſita: Sed

in i-

in ipſis Hungariæ finibus. Eſt Archiducalis Urbs, in qua aquæ ſunt ſalutares, quas tamen calefieri oportet. In monte excelſo proximè Urbem, Arx quædã eſt antiqua, ſolitudine damnata, éque regione, ubi Marcha, ſeu Mahra, in Danubium ſeſe exonerat, in rupis præcipitio ſita eſt Arx Dewin, vel Teben.

Urbs PRESSBURG, Poſonium, 2 mill. Viennâ ſecundo flumine, 10 numerantur milliaria. Terreſtri verò itinere 9 tantum parva Germanica notantur. Habetur hodie Poſonium, Chriſtianorum in Hungaria Caput: in qua promiſcuus eſt Germanici & Hungarici ſermonis uſus: Sed Senatus ex Germanis conſtituitur. Danubius hic bicornis eſt, diviſus in duo brachia. Arx regia, in qua Corona Hungarica cuſtoditur, extra portam S. Laurentii, eſt in monte, pulchra & munita. In Urbe ſpectatu digna ſunt, Collegium Jeſuitarum: Cœnobium

bium Franciſcanorum : Cœnobium Virginum S. Claræ : Templum Collegiatum S. Martinj, in quo Coronatio & inauguratio Regis peragi conſuevit: Templum novum S. S. Trinitatis: Gymnaſium, & Curia.

Vicus Wartberg. 3. mill. Incolæ Germani ſunt, Hungari, & Slowaki.

Urbs TIRNA, vel Tirnau. 3. Regia & libera Hungariæ Civitas, in qua Templum Collegiatum, & Archiepiſcopatus Strigonienſis Capituli ſedes, Collegium Jeſuitarum, & Templum Confeſſionis Auguſtanæ; viſu digna ſunt. Hinc iter per montem album in Moraviam patet.

Urb. FREYSTATLEIN. 2. mill. ad Wagam flumen, & in colle ſita, quem Hungari Galgocium vocant, commercio trium linguarum nota. Arcem habet munitam: antehac Turſoniorum, nunc Dn. Comitis Adami Forgatſch. Supra Urbem 2. milliar. Peſtoni, vel Piſteni, thermæ ſunt ſupra modum ſalubres.

Vic.

Vic. Seu pagus Tapoltſchan vel Topolzan, 3 vel 4 mill.

Pag. Sambokret, pagus Slavonicus. 1 mill.

Pag. Beſermitz. 2 mill.

Urbs Pribitz. 2 mill. in Hungaria ſuperiori, habitata Slowacis. Prope hanc urbem thermę ſunt duę ſalubres ſulphureæ, Poinitz, & Stuben, vocatæ.

Hinc venitur ad pagum Nedeſcher, & porrò trans montem intutum & infidum Pribitzenſem, in

Pagum Rauten. 3 mill.

Pag. Tottbrunn. 2 mill.

P. S. Martin. 2.

P. Kralwa vel Kralva. 2 mill.

Hinc porrò trans Arvam vel Matrem, flumen, ad Roſenberg: ſed aquis intumeſcentibus, pervenitur ex dicto pago S. Martin, in pag. Suczan vel Sutschan. 2 mill. atque hinc per editiſſimi montis, Altvatter vel Vadra dicti præcipitium, viâ admodum diffi-

difficili, aſperâ, & periculoſâ, ad pagum Gomboſch. 3. & porrò 2 mill. ad

Vicum vel Oppidum ROSENBERG. 3 mill. à prædicto pago Kralwa. Pons hic eſt, quo Waga flumen jungitur, & portorium: Eſtque proximè Roſenberg, in monte excelſo, Arx quædam, Domini Illieshaſii, qui Trentſchini Aulam habet, & Auguſtanæ Confeſſioni addictus eſt. Hinc milliar. ſex numerantur ad Newſoſium.

Vic. S. Nicolai, 2. mill. Hic Waga incipit fieri navigabilis, & poſſunt, qui volunt, ratibus Trentſchinum, imò Comoram ipſam uſque pervehi. Incolæ hujus loci, & in vicinis, gentis ſunt Slavonicæ ſeu Venetæ; appellaturque univerſus hic tractus, uſque Zepuſium, Lyptau.

Pag. S. Petr. 1 mill.

Vic. ſeu Pagus Geib, vel Geiba, 1 mill.

Pag.

Pag. Lautſchburg. 2 mill.

Urb. LEVTSCH, vel Leutſchaw, 2 mill. Regia & libera ſuperioris Hungariæ & Caput Comitatus Zepuſiani; cujus incolæ Germani & Auguſtanæ Confeſſioni addicti. Templum habet egregium, cum Curia, & domo mercatoria.

Urb. CVRCHDORF, vel Varallium. 2 mill. Una eſt ex 13 oppidis Coronæ Polonici regni oppignoratis, intra montes concluſa: ſuprà quam in colle, Occidentem verſus, Conventus eſt XII Canonicorum cum Præpoſito Cœnobii S. Martini: juxta quod in monte quodam aqua eſt, quæ ſic indureſcit, ut lapides ædificiorum ſubſtructionibus ſint utiles.

Hinc juxta Scepuſium (eſt verò Scepuſium Arx munitiſſima in arduò admodum monte ſeu rupe excelſa, condita, à qua univerſa hæc regiuncula nomen habet, antehac Comitibus Turſoniis, nunc verò Comiti Stepha-

Stephano Czaki ſubjecta) per celſiſſimum & ſilvoſum montem, Burzelgrund dictum, ad

Arcem Scharoſch, vel Zaros. 3 mill. Munita hæc eſt, inque altiſſimo monte ſita, Ragociiſque ſubjecta. Hinc ad

Urbem EPERIES, Eperieſſium, 2. hor. vel 1 mill. juxta flumen Toriſſam, vel Tarozam, ubi Aquæductus eſt ſingulari ingenio artificioque factus. Uſus linguarum, Germanicæ, Hungaricæ, & Polonicæ, hac in urbe promiſcuus eſt, & Confeſſio Auguſtanæ fidei hic docetur. Parte quarta mill. ab hac generoſum Sal coquitur.

Pag. Somoſch. 2 mill.

Urb. CASCHAV. 2 mill. Caput eſt Hungariæ ſuperioris, juxta rapidum fluvium Hernathi ſeu Künnerti, quem alii Gundertum vocant, ſita. Ubi Templum Parochiale, in qua Verbum Dei Germanicè & Hungaricè docetur,

ut &

ut & Curia & Armamentarium, ut ſpectentur, digna ſunt. Senatus hujus Urbis è Germanis conſtitutus eſt.

Santo. 5. mill. A quodam oppidum vocatur.

Urbs TOKAY. 3. Oppidum parvum, inſtar Vici; arcem tamen habens probè munitam ad Teiſſam; & Bodrogham, flumina, quæ hinc conjunguntur. Celebris admodum eſt locus hic propter generoſisſima & præſtantisſima vina.

Pag. Beſſermim. 2.

Urb. DEBREZ. 2. Quidam à Tockhay huc uſque, ſeptem tantùm milliaria numerat. Eſt urbs præcipua Hungarica, ſed muris nullis clauſa civitas, ampla & populoſa, cujus incolæ Hungari ſunt, Imperatori Turcico, & Principi Tranſilvaniæ tributarii.

Arx & Pagus Heniczida, vel Henizzida. 4. Principis Tranſilvaniæ.

Pag. Biharr. 2. mill.

Urbs

Urbs WARDEIN, Varadinum, cognomento Magnum, 2 mill. Quidam à Debrezio tantum 7.mill.habet. Eſt Varadinum clavis Hungariæ & Tranſilvaniæ, eſtque Arx hujus loci pulchrè & artificiosè ſtructa & probè munita; Templum verò Arcis ſeu Epiſcopale, in quo Uladislaus Sanctus, Hungariæ Rex, & Sigiſmundus Imperator ſepulti fuerunt, ante annos aliquot deſtructum inque vallum, ſeu propugnaculum converſum; nullumque hodie in ea urbe templum eſt muris cinctum, Conſiſtorium verò ſacrum ſeu Conſilium Eccleſiaſticum, cui omnes vicinæ Eccleſiæ, eandem Domini ſui, Principis nimirum Tranſilvaniæ, Religionem, & fidem amplectentes, ſubjectæ ſunt. Habet Scholam optimè conſtitutam: & milliari uno ab Urbe thermæ ſunt celebres & ſalutares.

Hinc venitur per pagos, Telegd, Reff, Fekketetoo, vel Fecketeto, & Sebes:

Sebes: item vicum Hunniad, & pagos Korosfw, Gialu, & Feniesch, ad

Urb. CLAVSENBVRG, vel Coloswar, 14. mill. à Varadino remotam. Urbs Tranſilvaniæ celeberrima ampliſſimaque, in qua multi Antitrinitarii, & Photiniani nidulantur; penes, quos ſumma etiam rerum poteſtas eſt. Magiſtratum gerunt Hungari & Germani; habenturque hic plerunque omnes Tranſilvaniæ conventus, & judicia provincialia à Principe exercentur. Arx vetuſta, Palatium Botſchkay, Inſcriptio quædam Romano-antiqua, templum Cathedrale, & Arianorum domicilium, ſpectatu digna ſunt.

Urb. vel Vicus Torenburg, vel Torda, 2 mill.

Urbs & Arx Enied. 3. mill.

Urbs WEISSENBURG, Alba Iulia vel Feyerwar, 2 mill. magna & longa. Hic Princeps Tranſilvaniæ ſedem ſuam habet Aulicam, cujus Do-

minus parens, Georgius Ragocius, celeberrimum hic Gymnaſium litterarium inſtituit. Majus ſive Cathedrale templum eſt S. Michaelis, ornatum plurimorum Principum ſepulcralibus monumenis: In Arce, ut & in Hippocomio Principali; itemque in Palatio Battorii, & Porta Urbis, omnis generis antiquitates ſpectandæ occurrunt.

Urbs HERMANSTAT, Cibenium, vel Szeben, 6 mill. Hungarica: pro quibus alius 8 notat: cum vulgò duo Hungarica, cum 3 Germanicis æquentur. Ponit quidam in Itinerario ſuo, 105 mill. Hungarica hucuſque, quæ juxta ejuſdem calculum efficerent 157½. mill. Eſt Cibenium caput totius Tranſilvaniæ, præcipua, maxima, & pulcherrima, ſeptem illarum Germanicarum, & reliquarum omnium totius regionis, egregiè munita & potens, & Confeſsioni Auguſtanæ addicta. Incolæ hujus

Urbis,

Urbis, qui Germani ſunt, nullis vel Hungaris, vel VValachis, jus Civitatis apud ſeſe concedunt.

ITER CLVI.

Viennâ BVDAM, Ofen. It. IAVRINVM, Rab.

I. BVDAM.

Vic. Viſchamund, de quo in præced. Itin. 4. mill.

Vic. Holbrunn, vel Hollenbrunn, 2 mill.

Vic. Summerein, 4. Locus eſt præcipuus in Inſula Schutt, quam Danubius efficit, & quæ intra Poſonium, Iaurinum, & Comoram ſita eſt.

Caſtrum COMORN, 8 mill. Hoc munitiſſimum Caſtrum Hungaricum Chriſtianorum eſt, eſtque Arx, quæ Vicum habet.

Caſtrum Tata, vel Dotis, 2 mill. Caſtellum hoc vetus & munitum. 5.

minus parens, Georgius Ragocius, celeberrimum hic Gymnaſium litterarium inſtituit. Majus ſive Cathedrale templum eſt S. Michaelis, ornatum plurimorum Principum ſepulcralibus monumenis: In Arce, ut & in Hippocomio Principali; itemque in Palatio Battorii, & Porta Urbis, omnis generis antiquitates ſpectandæ occurrunt.

Urbs HERMANSTAT, Cibenium, vel Szeben, 6 mill. Hungarica: pro quibus alius 8 notat: cum vulgò duo Hungarica, cum 3 Germanicis æquentur. Ponit quidam in Itinerario ſuo, 105 mill. Hungarica hucuſque, quæ juxta ejuſdem calculum efficerent 157½. mill. Eſt Cibenium caput totius Tranſilvaniæ, præcipua, maxima, & pulcherrima, ſeptem illarum Germanicarum, & reliquarum omnium totius regionis, egregiè munita & potens, & Confeſsioni Auguſtanæ addicta. Incolæ hujus Urbis,

Urbis, qui Germani ſunt, nullis vel Hungaris, vel VValachis, jus Civitatis apud ſeſe concedunt.

ITER CLVI.

Viennâ BVDAM, Ofen. It. IAVRINVM, Rab.

I. BVDAM.

Vic. Viſchamund, de quo in præced. Itin. 4. mill.

Vic. Holbrunn, vel Hollenbrunn, 2 mill.

Vic. Summerein, 4. Locus eſt præcipuus in Inſula Schutt, quam Danubius efficit, & quæ intra Poſonium, Iaurinum, & Comoram ſita eſt.

Caſtrum COMORN, 8 mill. Hoc munitiſſimum Caſtrum Hungaricum Chriſtianorum eſt, eſtque Arx, quæ Vicum habet.

Caſtrum Tata, vel Dotis, 2 mill. Caſtellum hoc vetus & munitum. 5.

milliar. Iaurino abeſt, & Chriſtianorum eſſe dicitur.

Vrb. STRIGONIVM, 4. Archiepiſcopalis, ſed hodieque Turcis ſubjecta Civitas, juxta Granam, flumen, quod hic in Danubium ſeſe exonerat. Ferax eſt vini optimi, & thermis celebris: Arcem habet munitiſſimam, & in ſolido Saxo ſtructam, in qua templum Archiepiſcopale, & in eo S. Stephani, Hungariæ Regis ſepulcrum, quondam ſpectatu digna fuerunt. Canonici hodie ſunt Tirnaviæ.

Vr. PLINDENBVRG, Vicegradum. 4 mill. Sita eſt juxta Danubium: Arx autem, in qua olim Corona Hungarica ſervata & cuſtodita fuit, celſiſſima eſt, munitiſſimaque, & hoc noſtro tempore unà cum oppido in manu & poteſtate Turcæ. E regione etiam in ripa Danubii eſt Vicus Maros, in quo Chriſtiani, Turcæ tributarii, habitant.

Kaltbach, 4. mill.

Buda

Buda Vetus, 2 mill.

Urbs BVDA, OFEN. 2 mill. Summa 36. Hungarica, vel 54. Germanica milliaria, ut numeravit David Frolichius, Hungarus, Viennâ huc uſque. Quidam 33. alii tantùm 32. notant Hungarica mill. Fuit verò OFEN, Buda, quondam caput totius regni Hungarici, atque Regum Hungaricorum ſedes Ordinaria, uſque dum eam Solymanus Turcarum Imperator, anno 1541, expugnavit. Ex quo tempore in poteſtate fuit Turcarum. Thermas habet nobiliſſimas, Arcem magnificam, in qua multi Chriſtiâni duarum Religionum atque inter eos Germani quoque, habitare dicuntur. In Itinere Conſtantinopolitano Iacobi Fuhreri ſcribitur: quod in ea, prope Portam, anno 1587, magnum fuerit templum, quod media ſui parte diſtinctum fuerit, hinc Pontificiis, illinc Calvinianis, Religionem ſuam exer-

centibus, quorum pars etiam amplior fuerit, atque optimè ipſis inter ſeſe convenerit, utriſque mercaturas Peſti exercentibus.

II. IAVRINVM.

Iſtuc iter capitur, Vienna per

Urbem & Arcem BRVCK, juxta Leitham vel Leyham flumen, quod Auſtriam ab Hungaria diſterminat. 4. mill. Sita eſt in finibus Hungariæ, ſed adhuc in Auſtria inferiore, & ceu pignus Dn.Comiti ab Harrach tradita eſt.

Urbs ALTENBVRG, cognomine UNGERISCH ALTENBVRG, vel Ovar, 4 mill. Arcem habet munitam in ſinu parvo Danubii, & ad prædict. amnem Leitha ſitam. Cives maximam partem Germani ſunt. Fuitque locus hic anno 1636, Domini Comitis Leonhardi Caroli ab Harrach pignus.

Vicus

Vicus Wiſelburg. 1. in crepidine Danubii ſitus.

Ur. & Arx RAB, vel Iaurinum, 4. Hoc munitiſſimum Hungariæ Caſtrum etiam Chriſtianorum adhuc eſt: quod ex una parte Danubius duplici agmine circumfluit: ex altera verò Raba, vel Rabnitz, aut Rabsa, itemque paludes ambiunt. Habet Epiſcopum proprium: & verò in Conventu Regni Poſonii, anno 1647, conceſſum fuit, ut Evangelici in domo quadam, Religionis ſuæ exercitia haberent. Præſidium hujus Caſtri conſtat cùm ex Hungaris, tùm ex Germanis, qui mutua negatiationum & mercaturæ ſocietate ſunt conjuncti.

ITER CLVII.

Wittebergâ BRVNSVICVM, HANNOVERAM, & MINDAM.

Urbs COSSVVICK. 2. mill. in crepidine, & ſinu Albis, in Principatu Aſcanienſi, quæ cum ſua Præfectura ad Zerveſtam refertur. Circa annum 1646, Principiſſa Aſcanienſis, Dn. Magdalena Comitiſſa Oldenburgenſis, vidua, ſedem ſuam Aulicam hac in civitate habuit.

Pag. Mulſtatt, 2 mill.

Urbs ZERBST, Zerveſta. 2. mill. De qua ſuprà, num. 131.

Cœnob. Lytzkei, 1½. mill.

Urbs GOMMERN, 1½. In Burggraviatu Magdeburgenſi, quæ unà cum Arce Domino Electori Saxoniæ ſubjecta eſt.

Urbs

Urbs MAGDEBVRG, 2 mill. de qua ſupr. N. 16.

Pag. Allenſtatt. 1 mill.

P. Eichenbarleben. 1½. mill.

P. & Arx Arxleben. 1½. mill.

Urbs HELMSTAT, 2 mill. de qua ſupr. N. 26.

Urbs KONIGSLAVTER, vel LVTTER, 2 mill. Eſt Principalis Brunsvicenſis civitas, pertinens ad VVolfenbutelium: in qua Cœnobium & Templum, in quod Lotharius Imperator II & gener ejus, Heinricus Superbus, Dux Bavariæ & Saxoniæ, ut & Richſa, Lotharii Imperatoris Conjux, ſepulti ſunt, videri poteſt.

Urbs BRVNSVICVM, 3. de qua ſupr. N. 15.

Urbs & Arx PEINE, vel PEINA. 3 mill. Condita ad Fuſam flumen, in Epiſcopatu Hildesheimenſi, & hodieque illi ſubjecta. Arx hujus loci in monte ſita, probè munita eſt, inque oppidulo quondam bonæ notæ

 tibia-

tibialia è filis netis ducta, conficiebantur.

Urbs HANOVERA. 3 mill. de qua ſuprà N. 23.

Urbs STATHAGEN. 3 mill. in Comitatu SCHAWENBURGICO, arcem habet & præfecturam: in qua, priuſquam Rinteliana Academia inſtituta eſt, Gymnaſium fuit illuſtre Schawenburgenſe. Extinctis Comitibus Schawenburgicis, ſic ſtatuente Pacificatione generali, ad Haſſiam Caſſelanam, devoluta eſt.

Urbs & Arx BUCKENBURG, vel Bockenburg. 2 mill. Arx, quæ noviſſimorum Comitum Schawenburgenſium ſedes fuit Aulica, magnificè conſtructa fuit, & Sacrarium habuit pulcherrimè atque ſingulari artificio factum: in oppidulo autem novum templum parochiale elegantiſſimum. In prædicta Pacificatione generali ſic extat: pag. 66, Ius directi & utilis domi-

